



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778


Liber XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XII.



S. JULIUS, PAPA.

CONSTANTINUS II. CONSTANTIUS,
& CONSTANS, IMPERATORES.

§. I.

Dissensio inter Constantini filios.

Tres Constantini filii, ut testamento Sæculum IV.
jusserat Parens, Imperium divise- A. C. 337.
runt. Constantinus primogenitus Euf. IV.
Hispaniam, Galliam, & omnia, quæ citra c. 51.
alpes sita sunt, cepit, Constans natu mi- Zosim. l. 2.
nimus Italiam, Africam, Siciliam, & p. 691.
Illyricum, Constantio natu secundo Aurel. Vite.
Asia, Oriens, & Ægyptus cessere. Erat epit.
ipsis Patruus, Julius Constantius nomi-
ne,

Sæculum IV. ne, filius Constantii Chlorig, non illa, qui
 A. C. 337. Constantinus, sed alia Matre natus, nepo

pe Theodora, ex qua Constantius Chlorig
 rus alium quoque filium susceperat, Dal
 matium cognomento Hanniballianum
 hic sub Constantino Censor fuerat, & de
 cedens duos filios reliquerat, Julium Dal
 matium, & Claudium Hanniballianum
 Constantinus Dalmatio Cæsaris Nomen
 dederat, atque Thraciam Macedoniam
 & Achajam regendam. Hanniballianum
 Regis titulum cum potestate in Cappa
 dociam, Pontum, & Armeniam; isque
 Cæsareæ in Cappadocia sedem habebat.

Aliquamdiu post Magni Constantii
 obitum milites nemini, ut aiebant, præ
 ter filios ejus parere volentes, fratrem
 ejus Julium, & nepotes Dalmatium, &

Zosim. p. Hanniballianum occiderunt; has cædes
 693. Constantius secreto mandasse accusatum
 est, aut certe nimis leviter consensisse;

alii Constantinum hæc præcepisse, antequam
 obiret, dixere; ut ut res se habeat, id
 ipsum novorum Imperatorum augenda
 potentia profuit, Constantii quippe
 Ditionibus Thracia cum Cappadocia,
 Constantini Achaja, & Macedonia adje

Sozom. V. ctæ. Duo filii Julii superfuere diversis
hist. c. 8. thoris nati, primus, nomine Gallus, et
 Galla, qua etiam Constantii Imperatoris
 uxor genita erat, secundus, nomine Ju
 lianus ex Basilina, filia Anicii Juliani,
 illa

illustri quidem stirpe, sed pagana. Ju-
 venibus his Principibus despectos esse Ju-Sæculum IV.
 A. C. 337.
 profuit; Gallo quidem pepercerunt, Ammian
 lib. XXII.
 c. 320. c. 9.
 quod tunc ægrotaret, nec ita affecto cor-
 pore diu vivere posse crederetur, Juliani
 vita infra persecutorum curam fuit, quod
 necdum infantiam esset supergressus, nec-
 dum enim annum ætatis octavum attige-
 rat, natus Constantinopoli sexta Novem-
 bris anno 332. Pacatiano, & Hilario
 Consulibus, unde dispicitur, Constanti-
 ni morti, & fratris ejus, atque nepotum
 cædi aliquot annorum spatium interces-
 sisse. Eusebius Nicomediensis educan-
 dorum Galli, & Juliani curam in se susce-
 pit, quia Basilinam Juliani Matrem cogna-
 tione remota contingebat. In Cappa-
 dociam ad quemdam locum, Marcellum
 dictum, prope montem Argæum deducti
 sunt, ubi domus Cæsaris erat, magnificis
 thermis, fontibus hortisque exornata.
 Præceptores juvenibus dati, qui eos in
 litteris, scientiis, & exercitationibus,
 huic ætati convenientibus, informarent;
 etiam litteras sacras edocti, cum pronos
 ad pietatem animos ostenderent, Cleri-
 cis adscripti sunt, & ordine Lectorum in-
 signiti.

Sæculum IV.

§. II.

A. C. 337.

Ariani Constantium in suas partes trahunt.

*Socr. II. c. 2.**Soz. III. c. 1.**Amm. l. IV. c. 3.**XXII. c. 3.**Jul. ad Atheniens. Theod. II. c. 3.*

Constantio Imperatore indulgente, magna Palatii Eunuchois erat potentia. hos inter facile Princeps fuit Eusebius cubiculariorum Præfectus, vir stolide elatus, avarus, æqui contemptor, & crudelis; cœterum, obscuro loco natus, usque fortuna evexerat, ut Imperatori animo dominaretur. Hic Eusebius Arii errores lapsus est, illo Presbytero persuadente, quem Magnus Constantinus sui testamenti Depositarium fecerat, & cui tanta Principis fiducia auctoritatem, & quoties vellet, Regiam ad eum di libertatem paraverat; quin etiam Imperatricis mentem sua hæresi infectam. Ipse Imperator in dubium revocare coepit, quid de hac nova opinione esset sentiendum; jamque omnes in Palatio, foraminæ, Eunuchois, ipsi Regii corporis custodes de hac fidei quæstione disputare; inde in privatas familias, tum in alias urbes, & tandem in remotiores etiam Provincias propagatum est malum; nam cum non sine tumultu hæc quæstio ageretur, omnes, & singuli in quæstionis materiam inquirebant, moxque ipsi disputationi implicabantur; attamen Illyricum, & reliquæ Occidentis Regiones nul-

Athan. ad solit. p. 819. p. 834. p. 856.

lam in his disceptationibus partem habere, firmiter Synodi Nicænæ Decretis inhaerentes. Tunc vero Eusebius Nicomediensis, & Theognis magnas spes conceperunt, utque S. Athanasio viam, & reditum Alexandriam præcluderent, alium suæ Sectæ Episcopum in illam Sedem intrudere statuerunt.

Sæculum IV.
A. C. 338.

Sozom. III.
c. 1.

§. III.

S. Athanasius revocatur.

Hoc illorum consilium Constantinus junior Imperator subvertit, qui S. Athanasium in suam Ecclesiam jam anno 338 remisit cum epistola ad populum Catholicum Alexandrinum data, in qua dicit; S. Episcopum in Gallias missum fuisse, ut inimicorum suorum furori, & certæ morti eriperetur, Magni Constantini mentem fuisse, eum suæ Ecclesiæ restituere, sed morte præventum non potuisse. Et subjungit: *ubi ergo Athanasius ad vos pervenerit, quanto eum honore profecuti fuerimus, cognoscetis, nec id vobis mirum videatur, vestra afflictio, qua ejus absentiam dolebatis, nobis non ignota, & maximi viri apud nos versantis reverentia ad eum colendum nos moverunt. Cæterum fratres charissimi Divinum vobiscum auxilium sit! datum Treviris decimo quinto Calendas Julii, id est, 17. Junii.*

Athan. ap.
2. p. 805.
Theod. l. II.
c. 2. V.
Pagi ann.
338.

Hist. Eccles. Tom. III.

Z

stan-

Sæculum IV.
A. C. 338.

stantio Imperatore Athanasii revocari resistere non audente, ipse, relictis Tiviris, itineri se dedit, post annorum duorum, & quatuor mensium exilium. Pe-

Syn. Alex. quam per Syriam in Ægyptum trans-
ap. Athan. Alexandriam ingressus incredibili om-
2. Apol. p. um ordinum gaudio exceptus est, Cleric-
728. civibus, agrestibus ad Episcopum vide-
dum turmatim concurrentibus, in om-
nibus Ecclesiis precantium, & Gratiarum
agentium voces audiebantur. Alii quo-
que Episcopi, sedibus suis pulsi, quos
inter Asclepas Gazensis, & Marcellus
Cyranus erant, restituti sunt. Ariani
quamquam querebantur, Athanasii revocatione
Ecclesiæ Disciplinam lædi, nec, a Con-
cilio Tyriensi sua Sede dejectum, aliam
quam alicujus Concilii Decreto riteres-
tutui posse.

§. IV.

Novæ in S. Athanasium calumniæ.

ap. Athan. Ad tres Imperatores scripsere epistolas
p. 724. multis in Athanasium criminationibus
congestis, prima erat, ipsum, ad Sedem
suam redeundo, nullius Concilii auctoritate
fultum, Canones violasse. Redditum
ejus tumultus, & seditionum, lacrymarum,
& gemituum populi, invitum recipientis,
causam fuisse. Ecclesias Alexandrinas
expilasse. Vires, & ceteris rebus profanasse.
Redditus a Constantino

Athan. p.
730.

tino Imperatore Viduis, & Clericis in Lybia, & aliis Ægypti locis sustentandis constitutos, in usus proprios convertisse, & frumentum illis eleemosinis destinatum, in privatam suam utilitatem, vendidisse. Etiam ab Imperatore Constantio Epistolam obtinuerunt, quæ hoc ultimum accusationis caput testatum faciebat, tantæ accusationes nec apud Constantem, nec Constantinum fidem plene invenerunt, quamvis Eusebiani ad eos misissent, qui veras esse testarentur, nam sua quoque ex parte S. Athanasius quosdam Clericos delegaverat, qui monstrata ejus innocentia inimicis ruborem excusserunt.

Eusebiani Macarium Presbyterum, Martyrium, & Hefichium Diaconos Romanam cum Epistolis ad Julium Papam miserunt, qui non solum S. Athanasium, sed etiam Asclepam Gazensem, & Marcellum Ancyranum accusarent; Delegati isti causam Pisti agebant, ab Eusebianis ordinati & Sedi Alexandrinæ destinati, qui tamen ejus possessionem nunquam cepit; postulabant, ut ei Papa scriberet, sicque cum eo se communionem habere comprobaret. (*) S. Athanasius etiam pro

Z 2

sua

(*) Ecce! Hæretici quoque Episcopi Romani Communionem exoptant, ut persuadere possint populis, Episcopi a se ordinati legitimam fuisse Electionem.

Sæculum IV.
A. C. 338.

ad solit.
p. 815.

Apol. ad
Const. p. 675.

Julius P.
ap. Athan.
Ap. 2. p. 743.
Epiph. hæc.
69. n. 8.

Sæculum IV.

A.C. 338.

A.C. 338. sua causa quosdam Presbyteros Romam misit, quos, jam jam urbem ingressos esse, ubi Macario relatum, timens, ne causa Pisti probrose convinceretur, metu, quamvis ægrotaret, & a Papa existeretur, excessit, Martyrio, & Hefis remanentibus. Missi a S. Athanasio, Papam docuerunt, hunc, quem Episcopi dicerent, Pistum ex primis Arii Discipulis esse, ipsum, & Secundum Proterodenum, ejus Ordinatorem, a S. Alexandro primum, & deinde a Concilio Nicæno fuisse excommunicatos; nec tantum fuit Martyrii Diaconi audacia, ut negaret. Similiter omnia accusationis capita in colloquio publico coram S. Pontifice magna Eusebianorum confusione deluerunt. Tandem Eusebianorum Delegati Papam rogarunt, Concilium convocaret, quo Athanasius, & accusatores jus comparere tenerentur, ibi se accusationis argumenta prolaturus. Papa, conditionem accipiens, utrique parti scriptis & S. Athanasium privatim monuit, ut adesset.

Jul.ap. Ath.
Apol. 2. p.
741. Ad
solit. p. 819.

§. V.

Constantini junioris obitus.

Socr. ibi. c. 5.
Zosim. L. 2.
p. 692. Vi-
stor. Epist. **C**onstantinus junior, restituto Athanasio, haud diu superstes fuit. Orta propter Africam, & Italiam lite, Constantians, quo melius falleret, tribus annis i-

ram in fratrem dissimulabat, tandem Sæculum IV.
 sciens eum terras Ditionis suæ ingressum, A. C. 340.
 copias misit, quasi fratri Constantio, bel-
 lum in Persas moventi, auxilium laturas;
 ab his Constantinus ex improvise obru-
 tus, haud procul Aquileja occisus est, A-
 cyndino, & Proculo Consulibus, id est,
 anno 340. Provinciis, quæ fratris fue-
 rant, a Constante receptis, universum
 Imperium in duas partes, Orientem, &
 Occidentem divisum. In Constantino
 Imperatore potentissimus Athanasii, &
 Ecclesiæ Catholicæ Defensor corruit.

An. 340.

§. VI.

*Eusebii Cæsariensis mors, & ejus
Doctrina.*

Circa eadem tempora, id est, anno 340. *Socr. 2. c. 4.
Soz. III. c. 2.*

Eusebius Pamphili, Episcopus Cæsa-
 reæ in Palæstina, sua ætate facile in Ec-
 clesia doctissimus, vivere desiit. Præter
 opera, de quibus meminimus, nempe
 Tractatum contra Hieroclem, Præpara-
 tionem, & Demonstrationem Evangeli-
 cam, Chronicum, & Historiam Ecclesia-
 sticam, sub vitæ finem scripsit amplum
 Tractatum contra Marcellum Ancyra-
 num, vitam Constantini Imperatoris, seu
 potius Encomia, & Panegyrim, quæ quasi
 vitæ ejus compendium est, eamque ipse
 Eusebius in solemnitate anni trigesimi

Sæculum IV. Regni Constantiniani, Imperatore
 A. C. 340. sente, pronuntiavit. Hæc quidem
 IV. vit. c. 46. ra habemus, sed triginta libros contra
 Porphyrium, & plures alios desideramus.
 Ex opere contra Marcellum potissimum
 quamnam Eusebii Doctrina de Verbo
 vino fuerit, dispici debet, nam hoc opus
 conscripsit, postquam ab Arianis hæc opi-
 nio fuerat mota, ipsique a Concilio Ni-
 cæno damnati, & rursus tempore, quo
 hæc disputatio maxime fervebat, & con-
 tentione, quod hæc materia ex proposito
 tractetur.

Ipsum hoc opus dividitur in quinque
 libros, quorum primi duo simplicitate
 contra Marcellum Ancyranum inscribun-
 tur, & propemodum nihil aliud conti-
 nent, quam Doctrinæ ipsius Marcellii
 positionem, eaque sola, ut vult Eusebius
 ad eum Sabellianismi convincendum
 sufficit. Aliorum trium librorum titulus
 est: De Theologia Ecclesiastica, & contra
 Flaccillum Episcopum Antiochenum
 diriguntur, in istis Eusebius Marcellum
 refutat, eique Doctrinam, quam esse Ec-
 clesiæ Catholicæ dicit, opponit; hæc ab eo
 quam in aliis suis operibus tenet, præ-
 fertim in Demonstratione Evangelicæ
 non multum differt; eos, qui Verbum
 esse creaturam, & ex nihilo productum

Theod. L. I. dicere audebant, damnat, *Quomodo enim
 c. 9. inquit: esset Filius, & Filius Dei unigenitus*

nitus, si ejusdem cum omnibus aliis crea-
 turis naturæ esset? Rursus: Qui duas
 ponunt bypostases, ingenitam unam, &
 ex nihilo creatam alteram, Dei unita-
 tem quidem salvant, sed secundum ipsos
 jam non est Filius unigenitus, nec Do-
 minus, nec Deus, nec quidquam cum di-
 vinitate Patris commune habet. Et alibi,
 dum locum celeberrimum explicat, ubi
 juxta versionem Græcam Sapientia di-
 cit: *Creavit me Dominus*, sic differit:
si quis creatum dicere velit, ne dicat in
eo sensu, quasi non existens ad existentiam
transiisset, aut ex nihilo extractus esset ad
aliarum Creaturarum modum, sicut ali-
qui male intellexerunt. Deinde hunc
 textum docte ex Hebraico explicat, ex
 quo, eum hujus linguæ non ignarum
 fuisse, cognoscitur.

Dicit; Filium Dei esse fontem vitæ,
 vitam, lumen, ipsam rationem. Ita e-
 tiam loquebatur in Demonstratione Ev-
 angelica, adjiciens; esse ipsam pulchri-
 tudinem, & bonitatem, si hæc nomina
 rei productæ dare liceret. In eodem
 opere dicebat: *Periculosum est simplici-*
ter affirmare, Filium ex nihilo produ-
ctum, sicut alia producta, nam alia est ge-
neratio Filii, & alia creatio per Filium
facta; hæc verba eo sunt observatu di-
 gniora, quod ante Concilium Nicænum
 scripserit. Iterum in eodem opere di-

Sæculum IV.
A. C. 340.Ibid. c. 10.
III. Theol.
c. 2. p. 150.
Prov. 8. 22.I. Theol. c. 8.
IV. De-
monst. c. 2.
V. Demonst.
c. 2. p. 214.

Sæculum IV. cit; intellectu nostro concipiendum Filium, non quasi aliquo tempore non existentem, & deinde productum, sed tamquam ante infinita tempora existentem præexistentem, & Patri semper coexistentem. Quantum hæc Doctrina Ario adversatur! S. Alexandrum accusanti, quod diceret: Semper Pater, semper Filius, Eusebius iterum in Theologia dicit; Filium a Patre fuisse declaratum, Dominum, Salvatorem, & Deum omnium, & Throni sui participem. Hæc omnia, sanam fuisse Eusebii fidem, probare videri possent.

Athan. de Syno. p. 886. Attamen ad Episcopum Euphratium scribens simpliciter dicere non erat veritus, Christum non esse verum Deum, atque in ipso hoc opere contra Marcelinum quædam minus Catholice prolata inveniuntur. Distinctionem inter divinitatem Patris, & Filii ponere videtur, dum dicit: *Si timent, ne duos Deos asseramus, sciant, quod confitendo Filium esse Deum, ideo tamen non nisi unus admittatur Deus, nempe ille, qui solus est sine principio, & ingenuus, cui propria est divinitas, qui causa est, quod Filius sit, & talis sit.* Nunquam dicit expressione, postmodum in Ecclesia recepta, Patrem, & Filium esse unum Deum. Non utitur voce: consubstantialis, dumque illam in Concilio Nicæno recepit, id,

id, additis ejusmodi explicationibus, fe-
 cit, quæ perfectam æqualitatem non ad-
 struunt, sicut ex ejus Epistola vidimus.
 Econtra Marcellum Sabellianismi insimu-
 lat, quod diceret, ante mundi creatio-
 nem solum Deum fuisse, atque Deum, &
 Verbum ejus unam fuisse substantiam,
 quod hodie nemo Catholicus negat. Eu-
 sebius putat, eos, qui ita loquuntur, hy-
 postasin Filii negare, eumque in Patre po-
 nere, sicut accidens est in subjecto. Se-
 cundum hoc principium, ferre non vult
 dicentes; supremum Deum fuisse incar-
 natum, quia hoc nomen soli Patri tri-
 buit. Iterum inæqualitatem inter Pa-
 trem, & Filium affirmare videtur, dum
 dicit: Non est necessarium duos Deos
 ponere, dum duas Hypostasies ponimus,
 quia non ponimus dignitate æquales, nec
 ambas sine principio, & ingenas, hinc
 ipse Filius docet, Patrem esse quoque
 Deum suum. Inferius dicit; non aliam
 ob causam nos Filio divinos honores ex-
 hibere, quam propter Patrem, quem in
 eo honoramus, sicut Regem in sua imagi-
 ne. Et alibi; a Filio neminem nisi so-
 lum Patrem pro vero Deo agnosci, eo
 quod, quamvis ipse verus Deus sit, ta-
 men tantum imago sit, & adjectum, so-
 lus, Patri conveniat, eo quod sit Proto-
 typus.

Sæculum IV.
 A. C. 340.

Sup. L. IX.
 §. 26.

I. Theol.
 c. 16. 17.

II. Theol.
 c. 14. p. 122.

II. Theol.
 c. 4. *Ibid.*

c. 7. p. 109.

Joan. 20. 17.

Ibid. p. III. c.

Ibid. c. 23.

p. 141.

Sæculum IV. Multo magis inæqualitatem Patris,
 A. C. 340. & Filii statuere videtur, dum dicit; Fi-
 lium nec esse supremum Deum, nec An-
 golorum unum, sed medium, & medie-
 tum inter Patrem & Angelos. Eadem
 Tractatus contra Marcellum. L. I. c. I. p. 8. in Demonstratione Evangelica scribit;
 IV. Demonf. c. 6. putatque se demonstrare; necessarium
 fuisse, ut Deus ante reliqua omnia pro-
 duceret potestatem quamdam mediam,
 quæ infinitam distantiam inter se, & crea-
 turas temperaret. In eodem opere Fi-
 lium vocat Ministrum, & creationis in-
 strumentum, imo vocat Dei opus, *Dem-
 jourgema*. Dicit; Patrem existere, &
 subsistere ante generationem Filii, in
 quantum solus est ingenitus. Dicit; Fi-
 lium non esse accidens inseparabile, si-
 cut splendorem a luce, sed per volunta-
 tem Patris subsistere, (*) quem libere
 produxit. Dicit tandem, quod nulla ra-
 tione excusari posse videtur, Spiritum S.
 nec esse Deum, nec Filium, sed earum
 rerum aliquam, quæ per Filium factæ
 sunt. Idque ab ipso dictum in libro con-
 tra Marcellum invenitur. Nihilominus
 pleras-

(*) Quem libere produxit. Das hat unser
 Protestant übersetzt: Der ihn mit gutem Be-
 dacht hervorgebracht. Als wenn Gott der
 himmlische Vater eines mit besserem Bedacht
 hervorbrächte, als das andere. Nebst andern
 Fehlern.

plerasque Eusebii expressiones benigne interpretari possumus, si consideremus, ipsius tempestate, quamvis Doctrina Ecclesiae esset certa, tamen de vocibus, quibus Altissimi Mysterii Notiones exprimerentur, necdum convenisse inter omnes, & necdum determinata fuisse vocabula, quibus omnes illius temporis Hæreticorum argutiæ jugularentur. Ita Marcelinus Ancyranus in Asterio reprehendebat, quod in Trinitate duas Personas distinctas admitteret, quia nempe Græcum vocabulum *Prosopon*, quod Personam significat, in ista materia necdum apud omnes receptum erat. Posset etiam ad excusandum Eusebium dici, ab eo illa, quæ Jesu Christo secundum Naturam divinam, & humanam conveniunt, non satis fuisse distincta.

Sæculum IV.
A. C. 340.

ap. Euf. III.
Theol. c. 4.
p. 168.

Quamquam autem Eusebii Doctrina excusationem admitteret, difficulter tamen ejus agendi ratio defendi potest; ipso litis initio inter Episcopos notatur, qui Arium contra S. Alexandrum Alexandrinum defendendum susceperunt. In Historia sua Ecclesiastica contentionis celeberrimæ nec uno verbo meminit, nec ad istud respondere licet, Historiam ejus ibi finiri, ubi illa incepit, nam in vita Constantini nihilo clarius de ea loquitur, contentus dicere generatim, dissensiones fuisse

Sæculum IV. fuisse in Ecclesia, præsertim in Ægypto, at dissensionum causam nunquam explicat; si præter ipsum nemo alius scripsisset, credere debuissimus, in Concilio Nicæno nullam majoris momenti quæstionem, quam de celebrando Paschate fuisse motam. Dum Leges a Constantino contra Hæreticos latas memorat, illam, qua Arii scripta ad flammam damnabantur, reticet. Ubi de Concilio Tyriensi loquitur, de Athanasi accusationibus, quæ totam Concilii materiam constituebant, altissimum silentium. Hoc præparatum silentium Eusebii majorem veritatis speciem quibusdam veterum Scriptorum eum Arianismi incusantibus, quam ab ista labe purgare conantibus adstruxit. Id autem certum, Acacium Discipulum ejus, & in Sede Cæsariensi Successorem, exinde Arianorum caput evasisse. Iste Acacius erat monocus, ipsique inde cognomentum adhæsit; cæterum ingenio valens, & eruditus, plura opera composuit, & inter alia Eusebii vitam. (*)

v. Testim. de
Euf. ap.
Socr. 2. hist.
c. 4.

§. VII.

(*) Ad hunc Paragraphum Anonymo I. videtur Fleurius nimis Eusebio favere, nimis excusare. Judicet Lector.

§. VII.

Sæculum IV.
A. C. 340.

S. Alexandri Constantinopolitani obitus. Paulus Episcopus. Et deinde Eusebius.

Circa illud tempus humanis excessit Socr. 2. c. 6.
 S. Alexander Constantinopolitanus, Soz. III. c. 3.
 annos natus nonaginta octo, quorum vi- v. Pagi 340.
 ginti tres in Episcopatu transegerat. Fa- n. 9.
 to proximum Clericis suis interroganti-
 bus, cui, ipso defuncto, Ecclesiæ Regimen
 esset committendum? *Si virum quæri-*
tis, inquit: optimi exempli, & instru-
dis Fidelibus parem, habetis Paulum, si
vero virum vultis, externis negotiis, &
Principum commercio idoneum, & præ-
ferentem pietatis speciem, Macedonius
aptior est. Erat Paulus Thessalonicae na-
 tus, adhuc juvenis, sed cujus prudentia
 annos antevererat, jam semel Constan- Athan. ad
 tino Magno jubente, & urgentibus Aria solit. p. 813.
 nis exilium passus. Macedonius senex
 erat, & a multis annis Diaconus. Quam-
 diu S. Alexander vixit, potiores fuere
 Constantinopoli Catholicorum partes,
 ipso mortuo creverunt Arianorum vires,
 ita ut Macedonium in Sedem Constan-
 tinopolitanam se posse intrudere crede-
 rent, unde nonnulli tumultus exorti,
 quippe Catholicis Paulus placebat, &
 tunc quidem prævaluerunt. Itaque
 Pau-

Sæculum IV. Paulus ordinatus est Episcopus Constanti-
 A. C. 340. nopolitanus in Basilica pacis, post hæc
 Athan. *ibid.* S. Sophiae juncta. Macedonius quidem
 in iis accusationem contra Electum in-
 tentabat, sed a proposito diversus, unum
 se Paulo, & Presbyter deinde creatus
 Socr. 2. c. 7. sub eo ministravit. Pauli Electio absen-
 Soz. III. c. 4. te Constantio Imperatore facta, ubi Con-
 stantinopolim rediit, superbi Principis a-
 nimum graviter offendit; indignum E-
 piscopatu edixit, tum, coacta inimicorum
 ejus factione, effecit, ut deponeretur, &
 Socr. 5. *hist.* Eusebius Nicomediensis in ejus locum
 c. 7. subrogaretur, qui hoc modo, repugnan-
 tibus licet Ecclesiae canonibus, secunda
 vice translatus est.

§. VIII.

*Concilium Alexandrinum pro
 S. Athanasio.*

Athan. 2. Interim Alexandriae Concilium centum
 Apol. p. 720. ferme Episcoporum Ægypti, Theba-
 Id. *Afric.* dis, Lybiae, & Pentapolis collectum fue-
 p. 920. rat, qui omnes deinde simul ad Episco-
 pos Catholicos totius mundi Epistolam
 Synodalem dederunt, in cujus ingressu
 queruntur; Eusebianos S. Athanasium
 persequendi finem non facere, eorum in-
 vidia in exilium pulsum, quem etiam, si
 mala processissent consilia, hac aura frui
 passi non essent; post ipsius reditum eos
 Epi-

Epistolam ad tres Imperatores misisse, Sæculum IV.
A. C. 340.
novis calumniis refertam, nec vulgaria
tantum crimina, sed homicidia etiam 2. Apol. 723.
imputari; *Etsi veræ essent accusationes,*
inquiunt: *tamen non leviter Eusebiani in*
Christiana Religione Leges peccarent,
dum accusationes de perpetratis cædibus
contra Episcopum ad Sæcularium Princi-
pum aures deferunt, () sed etiam omnia,*
quæ dicunt, putida sunt mendacia, & a-
troces calumnie, quas nos vel refutare pu-
det. Tum, quæ ad defensionem S. Atha-
nasilii faciunt, afferentes, dicunt: *Carce-*
res, & cædes nescit nostra Ecclesia. A-
thanasius neminem carnifici, neminem car-
ceri tradidit. Purum est, sicut semper
fuit, nostrum Sanctuarium, & in solo
Jesu Christi sanguine gloriatur. Atha-
nasius nullius occisi Presbyteri, nullius
Diacono-

p. 724.

(*) Diese Worte hat der Protestant also gegeben auf seiner 471. Seite im zweyten Theile: Wenn diese Beschuldigungen, sagten sie, wahr wären, so würden sie die Gesetze des Christenthums verletzen, wenn sie die Bischöfe bey dem Kayser des Mords wegen nicht anklagten. Das Wortlein: nicht, ist unverschämt hinein gesticket. Wie verdienet nun ein solcher Uebersetzer einen Glauben, wenn er die Befreyung des geistlichen Standes von der weltlichen Gerichtsbarkeit antastet?

Sæculum IV. *Diaconi reus est, ipso Auctore nemo in*
 A. C. 340. *mortem, vel exilium iuit. Ipsorum ini-*
 micorum ejus clava confessione in sua
 Epistola patet, quosdam privatos ab Ægypti Præfecto fuisse damnatos; latam a Præto-
 re, mortis sententiam Eusebiam non erubescunt adscribere Athanasio, necdum Alexandriam reverso, sed tunc temporis in reditu ab exilio in Syria commoranti; in dictis judiciis de nulla causa Ecclesiastica agebatur, prout ex actis, quæ vobis submittimus, videbitis, ea enim curiosa diligentia exquisivimus, postquam, quid Eusebiani fingerent, audivimus. Ex his judicate, quantum jam antebac mentiti fuerint.

Tum ab origine persecutiones, quas S. Athanasius tulit, referunt; jam ab Arianii depositione Athanasium, adhucdum Diaconum, Arianorum odium incurrisse, quod eum Alexandri Episcopi sui amicitia valere cernerent; primis his odii causis haud parum incrementi accessisse in Concilio Nicæno, ubi, quanto Religionis zelo ferveat Athanasius propria experientia didicissent; cum eum deinde Episcopum viderent, & apertum hæresis hostem, eorum malitiam in varias machinationes prorupisse, quibus Imperatorem ad iracundiam concitassent, comminati, se in Conciliis hanc causam definituros, quale Concilium Tyriense fuit. Deinde

Deinde ad refellendas calumnias in S. Athanasium conjectas conversi, quarum prima erat, eum occulte a sex, septemve Episcopis ordinatum, *Imo*, inquit: nos testes sumus, nec nos soli, sed & universa civitas, & tota Provincia, omnem populum Ecclesie Catholicae unanimi voce Athanasium Episcopum postulare, & a majori nostrum parte coram totius populi facie fuisse ordinatum, nobis autem hæc videntibus, & facientibus major fides, quam tunc absentibus habenda est.

At vero Eusebio causæ sunt, cur ordinationem Athanasii probare non velit, Eusebio, inquam! de quo nescimus, an unquam in Ecclesia ordinatus fuerit, & forte non fuit! qui ipsemet ordinationem suam, si quam aliquando accepit, irritam fecit, & nullam; primo Beryti erat Episcopus; hanc Ecclesiam dereliquit, ut veniret Nicomediam; utrumque contra Canones factum! secundam Ecclesiam habendi cupido, amorem, quo primam prosequi debuisset, extinxit; sed utinam in secundæ possessione, quamquam injusta, acquiescisset! secundam quoque repudiassè, videmus, & alterius Ecclesiam rapuisse; nempe Religionis zelum in divitiis ponit, & urbium amplitudine, eique hæreditas, quam Dei providentia sortitus est, vilescit. (Hic Episcopi Ægyptii translationem Eusebii Nicomedia Con-

Sæculum IV.
A. C. 340.

Sup. L. XI.
§. 29.

Concilium
Alexandri-
stanti-
num.

Hist. Eccles. Tom. III.

Aa

stanti-
num.

Sæculum IV. *stantinopolim carpunt) & sic pergunt.*
 A. C. 340. *Domini effatum ignorat, dicentis: Un-*
Matt. 18. 20. *duo vel tres in nomine meo congregati*
sunt, in medio eorum sum! nec mem-
 2. Cor. 10. 15. *nit verborum Apostoli: Non gloriantur*
in alienis laboribus; nec illius præceptis
 1. Cor. 2. 27. *quod Apostolus tradit: Si ligatus es u-*
ri, noli quæverere solutionem; si enim tam
indissolubile est vinculum viri cum mu-
liere, quanto magis Episcopi cum Eccle-
sia? quicumque semel per Episcopatum
Ecclesiæ junctus est, non quærat aliam,
ne divinarum Scripturarum testimonio
adulter comprobetur. Hæc tunc de trans-
lationibus opinio SS. Episcopis fuit. Inde
in sua Epistola transeunt ad Conci-
lium Tyriense, ostenduntque Eusebii fa-
ctionem ibidem dominatam fuisse, po-
tentia Comitum Dionysii, & brachii sa-
cularis suffultam; S. Athanasium inde
fuga se subtrahere coactum, & apud Im-
peratorem conqueri; novamque ab Eu-
sebianis de frumento Constantinopoli-
tano confictam fabulam meminere.
Concilium nominari non debere asserunt
Conventum, in quo omnia ex Principis
auctoritate acta fuerint, Episcopi com-
parere coacti, ubi denique Comes, & mi-
lites quasi Episcoporum satellites adfuis-
sent. Deinde S. Athanasium ab Arsenii
nece, & calicis Ischyrae confectione in-
nocentem probant, ubi verba sequentia
notatu

notatu digna videntur: *Cum ibi nulla fuerit Ecclesia, nec, qui sacrificaret, Presbyter, cumque dies hoc Sacrificium non exigeret, utpote non Dominica, quomodo calix mysticus frangi potuisset? (*) Multi calices in domibus, & in foris inveniuntur, qui sine impietatis nota franguntur, calicem autem Mysticum temere frangere, impium est. Hic non nisi apud Presbyteros legitime ordinatos invenitur, hunc populo porrigere vobis congruit, quem ex Legibus Ecclesiae accepistis. Si vero, qui calicem frangit, impius est, multo magis, qui Jesu Christi sanguinem profanat.*

Dum postea de delegatione in Ma-reotidem loquuntur, totam judicii formam illegitimam fuisse probant. *Sacrorum Ministris exclusis, inquit: coram Paganis quaestio urgebatur de Ecclesia, de Calice, de Mensa, de SS. Mysteriis, &, nefas! Pagani pro testibus adducebantur. Multa Alexandriae vi acta memorant Philagrii Praefecti auctoritate, & adjungunt; quatuor Presbyteros hujus urbis in exilium pulsos, qui*

A a 2

tamen

(*) Testimonium omni exceptione majus! creditum fuisse illa aetate, Missam esse Sacrificium, & alia, quae hodieque creduntur. Haec verba P. II. pag. 472. Protestans impudenti solertia corrupit.

Saeculum IV.

A. C. 340.

pag. 731.

p. 733.

Sæculum IV. tamen Tyri non fuerant. S. Athanasius
 A. C. 340. innocentiam demonstrant adversus calumniantes, quod frumentum, a Constantino Magno pro viduarum sustentatione in Lybia, aliisque Ægypti partibus constitutum, in proprium commodum vendidisset, cum tamen illius frumenti distributio nunquam fuerit interrupta, nec Athanasio quidquam præter laborem ex hac cura redierit.

p. 738.

Ulterius Episcopi Ægyptii loquuntur in hunc modum: *Misimus vobis testimonia Episcoporum Lybiæ, Pentapolis, & Ægypti, ut, nota vobis fieret calumnia. Hæc omnia Eusebiani agunt eo consilio, ut Arianorum hæresis stabiliatur, & veritatis Defensores deterreantur, sed, quæ vestræ pietatis laus est singularis! Sæpius Arianis anathema dixistis, nec licet cum eis in Ecclesia dedistis. Eusebiani autem facile erroris convincuntur, nam post prima eorum de Arianis scripta, quorum exempla vobis transmisiimus, illos ipsos Arianos, quos Ecclesia anathematizavit, in eam concitant; Episcopum eis dederunt; (hic verosimiliter de Pisto sermo est) tum sic prosequuntur: Minis, & terroribus Ecclesiam in partes scindunt, ne alicubi impietatis eorum ministri desint; Arianos Diaconos submitunt, qui publice in illorum conventibus recipiuntur; scribunt Epistolæ,*

Epistola Synodalis pro Athanasio.

Stolas, & rescriptas accipiunt, impia communicatione Ecclesiam dividentes. Quo-
 quoversum Epistolas mittunt, ut hæresin
 promoveant, quod ex iis, quæ ad Episco-
 pum Romanum, aut fortasse vosmetipsos
 scripserunt, cognoscetis.

Hæc, cum ita sint, nos, hic congregati, scribimus vobis, & obtestamur, ut hoc testimonium recipiatis, Confratri nostro Athanasio compatiamini, bono zelo in Eusebianos exardeatis, horum malorum Auctores, ut futuris scandalis caveatur. Tot criminum vindictam a vobis exposcimus, juxta Apostoli effatum: *Aufferte I. Cor. 5. 13.* malum ex vobis ipsis; quia operibus suis se ipsos Communione Fidelium indignos reddunt. Nolite igitur eos audire, si ultra quidquam contra Episcopum Athanasium scribant, nihil enim præter mendacia proferunt. Si vero Epistolæ eorum nomina quorundam Episcoporum Ægypti præferrent, nullius certe ex nobis nomen erit, sed Meletianorum, hodieque in schismate, & seditione perseverantium. Si ne necessitate, aut utilitate viros ordinant, vix Ethnicis meliores, & talia committunt, quæ referre pudor est, ab his autem, qui vobis has litteras reddent, discere poteritis. In hunc modum clauditur Epistola, quam Episcopi Ægypti ad omnes Episcopos, & speciatim ad Julium Papam scripserunt; plura acta ad-
Athan. p. 739

Sæculum IV. junxerunt in dictorum suorum argumen-
A. C. 340. ta, nempe processum Judiciale[m] de illor-
 um causa, quos ante Athanasii adven-
 tum Ægypti Præfectus multaverat; Epistolam a Constantino Magno scriptam
 cum Arsenium inter vivos degeret rescis-
 set; Epistolam Alexandri Thessalonice[n]-
 sis; Retractationem Ischyrae, Clerico-
 rum Alexandrinorum, & Mareotidis pro-
 testationes; diversorum Episcoporum
 Ægypti, & Lybiæ testimonia, frumen-
 tum viduis a S. Athanasio fideliter fuisse
 dispensatum; & Epistolam Eusebiano-
 rum, qua Arianis patrocinantur. Plures
 alii Episcopi S. Athanasio faventes Episto-
 las ad Julium Papam dederunt.

ap. Athan.
 p. 745.

§. IX.

S. Antonii Vaticinium.

vit. Ant. c.
 28. p. 497.

Interim S. Antonio, quæ Ecclesiæ Ale-
 xandrinæ futura erant, cœlitus reve-
 lata sunt. Cum quadam die cum fra-
 tribus sederet, quasi in extasin raptus, &
 diu sibi objecta inter crebros gemitus
 contemplari visus est. Post horæ spa-
 tium, ad præsentem conversus, ingemisce-
 re, trepidare, ad precandum surgere, &
 flexis genibus ad Deum orare; precibus
 peractis, perfusum lacrymis fratres atto-
 niti circumstant, quid hoc sibi vellet, in-
 terrogant, nec instare desinunt, donec
 tandem

tandem ad profundum cogere; tunc ^{Sæculum IV.} longo suspirio ducto, *O mei Filii!* in- ^{A. C. 340.} quit: *utinam moriar, antequam ea, quæ vidi, eveniant!* Illisque adhuc urgentibus, lacrymans dixit: *Heu! ira Dei veniet super Ecclesiam, & tradetur ferocia hominum brutis animalibus similibus; vidi mensam sanctam undique mulis circumdatam, atque ea, quæ in mensa erant, impastis calcibus eversa, qualia fieri solent, dum hæc animalia petulanter exsiliunt, & recalcitrant. Dum me suspirantem vidi- stis, audiebam vocem dicentem: altare meum profanabitur. Hæc quidem tunc S. Senex, & duobus post annis, quæ prædixerat, contigerunt. Solatium tamen ^{inf. n. 14.} Discipulis suggestit, adjungens: *nolite concidere animo, Filii! sicut iratus est jam Dominus, ita & miserebitur nostri, redibit Ecclesie decus, & splendor, persecutionem passi restituentur, impietas in suas latebras repelletur, libere ubique terrarum fides Catholica prædicabitur. Tantum ne vos Arianorum veneno infici patiamini, hæc enim Doctrina Ecclesie non est, sed Dæmonum, & Patris eorum Diaboli; sterilis est, & mulorum instar absque intellectu.* Hucusque S. Antonius, designans his ultimis verbis proprietatem Arianæ Hæresis, fœcunditatem Naturæ Divinæ, & Verbi Divinitatem negantis.*

A a 4

§. X.

Sæculum IV.
A. C. 341.

§. X.

Concilium Antiochenum. Dedicatio.

Ecclesia, quam Constantinus Magnus Antiochiæ Regia magnificentia ædificare cœperat, non ante decem annos ad perfectionem perducere potuit, nempe anno quinto Imperii filiorum Constantini. Jesu Christi 341. Anni quintus, decimus, vigesimus, quo Principes regnabant, cum Solemnitate celebrari solebant, itaque hoc anno Ecclesia Antiochena dedicanda erat, in quem finem magnus Episcoporum numerus illuc congregatus. Eusebius Nicomediensis, hac occasione prefata, numerosum Concilium coegit, ut, quæ sibi proposuerat, in S. Athanasii exitium exequeretur. Nonginta septem Episcopi convenerunt, quorum pars maxima Catholicorum erat, tamen quadraginta Arianos numerabantur; collecti ex sequentibus Provinciis Syria, Phœnice, Palæstina, Arabia, Mesopotamia, Cilicia, Isauria, Cappadocia, Bithynia, & Thracia. Notissimi inter Episcopos Arianos fuere, Eusebius Constantinopolitanus, Dianeus Cæsariensis in Cappadocia, Flaccillus Antiochenus, Theodorus Heracleensis, Narcissus Neroniadenus, Macedonius Mopsuestanus, Maris Calcedonensis, Acacius Cæsariensis in Palæstina, Patrophilus Scythopolitanus,

Socr. II.

c. 8.

Soz. III.

c. 5.

Pallad. vita

Chryf. p. 78.

tanus, Eudoxius Germanicensis in Syria, Sæculum IV.
 Georgius Laodicensis, Theophronius A. C. 341.
 Thyaneus. Catholicorum Metropolita-
 ni aderant quatuor, Antiochenus, Hera-
 cleensis, & utriusque Cæsareæ. Marcel-
 lus Ancyrae, Metropolitanus Galatiæ
 quintus fuit, si credere debemus, sicut
 omnino valde credibile est, ipsum huic
 Concilio interfuisse. S. Maximus Epis- *Socr. II. c.*
 copus Jerosolymitanus abesse voluit, me- *8. Soz. II.*
 mor fraudum, quibus ad subscribendum *c. 6.*
 S. Athanasii condemnationi inductus fue-
 rat. Nemo Italiæ Episcoporum adfuit,
 aut ex reliquis Occidentis partibus, nec
 quisquam a Julio Papa missus, quamvis
 exstiterit Canon prohibens, ne Ecclesiæ
 sine consensu Episcopi Romani quidquam
 statuatur. Hæc sunt verba Socratis, quæ
 de statutis generalibus, non autem par- *v. Vales. hic.*
 ticularibus intelliguntur.

Concilium hoc Antiochenum Marcel-
 lino, & Probino Consulibus, Indictione
 decima quarta, id est, anno 341. ante
 mensem Septembrem actum est. Ipse
 Constantius Imperator aderat. Cum Eu- *Athan. de*
 sebiani scirent, ab omnibus aliis hæresis *Synod. p.*
 incusari, statim fidei Confessionem per *891.*
 modum epistolæ composuerunt, iisque *Socr. II.*
 tradiderunt, ne secum communicare de- *c. 10.*
 tractarent. Erat autem hujusmodi:
Avii Sectatores non fuimus, quomodo
enim Presbyterum sequeremur Episcopi?

A a 5 nullam

catio.
 Magnus
 ia ædi-
 annos
 nempe
 nstanti-
 us, de-
 regna-
 lebant,
 ena de-
 magnus
 grega-
 c occa-
 ncilium
 , in S.
 Non-
 t, quo-
 erat,
 eraban-
 ciis Sy-
 tesopo-
 ia, Bi-
 er Epis-
 onstan-
 nsis in
 enus,
 us Ne-
 stanus,
 sarien-
 opoli-
 tanus,

Sæculum IV. *nullam aliam fidei professionem amplexi sumus, quam quæ ab initio credenda proposita fuit, sed fidem ejus sollicitè examinatam recepimus, & nostram agnovimus, non alienam secuti sumus. Quod ex his quæ jam professuri sumus, videbitis. Ab initio docti sumus credere in unum Deum, Summum, Creatorem, & Conservatorem omnium rerum intelligibilium, & sensibilem; & in Filium unicum Dei, ante omnia sæcula subsistentem, & coexistentem Patri, qui eum genuit, per quem omnia visibilia, & invisibilia facta sunt; Qui in novissimis diebus secundum Beneplacitum Patris descendit, carnem sumpsit ex S. Virgine, & omnem voluntatem Patris sui implevit, qui passus est, resurrexit, & in Cælum rediit; qui sedet ad dexteram Patris, & qui venturus est judicare vivos, & mortuos, qui Rex, & Deus permanet per omnia sæcula. Credimus etiam in Spiritum S. &, si addere necesse est, credimus quoque in resurrectionem carnis, & vitam*

Soz. III. 5. *æternam. Eo modo concinnata erat hæc formula, ut Catholicis simul, & Arianis posset satisfacere; nihil continebat, in quod pars utraque non consentiret, nec ulla vox, quæ non esset ex Scriptura, audiebatur; hic Filius coæternus, aut consubstantialis Patri nec affirmabatur, nec negabatur. Hæc epistola Eusebianorum cura ad omnium civitatum Episcopos*

missa;

missa; eos autem, qui tunc Antiochiæ Sæculum IV.
præsentes erant, illa fuisse contentos, cre- A. C. 341.
dere oportet, quod deinde cum Eusebia-
nis communicaverint.

Cæremonia Dedicacionis peracta, de *Hilar. de*
Ecclesiæ negotiis tractari cœptum, & *Synod. p.*
quidem primo de iis, quæ ad fidem spe- 333. 334.
ctabant. Nulla ulterius mentio rediit
de hæresi Patris, Filii, & Spiritus S. di-
versam esse substantiam affirmante, id est,
Arii errore, utpote jam ab omnibus da-
mnato, &, saltem ut videbatur, rejecto;
sed in illam hæresim insurrexerunt, quæ
etiam post Concilium Nicænum dicebat;
tria tantum Patris, Filii, & Spiritus S. esse
nomina, quæ Soli Patri tribuebantur.
Suspicio erat unum Episcoporum hunc
errorem fovere, & ex sequentibus pate-
bit, eum fuisse Marcellum Ancyranum,
quem Sabellianismi accusabant. Ad con-
demnandam hanc hæresim visum est pro-
ducere fidei confessionem, olim a S. Lu- *Soz. III.*
ciano Martyre compositam, quam manu c. 5.
ejus descriptam, & inventam ferebant.
Hæc omnibus nonaginta novem Episco-
pis probata est. Erat autem hujus te-
noris:

§. XI.

Fidei formula.

Ex traditione Evangelii, & Apostolo- Athan. de
rum credimus in unum Deum Patrem Synod. p.
omni- 892.

Sæculum IV. omnipotentem, verum omnium Creatorem.

A. C. 341. Et in unum Dominum IESUM Christum,

Hilar. de Filium Dei unigenitum, per quem omnia

Syn. p. 333. facta sunt, qui ex Patre natus est ante

Socr. II. c. omnia sæcula, Deum de Deo, totum de to-

IO. to, solum de solo, perfectum de perfecto,

Regem de Rege, Dominum de Domino;

Verbum vivens, Sapientiam, vitam, ve-

ram lucem, viam, Veritatem, Resurrectio-

nem; Pastorem, Portam, immobilem, &

immutabilem; Imaginem invariabilem

Divinitatis, Essentiæ, Potentiæ, Volun-

tatis, & Gloriæ Patris; Primogenitum

ex omni Creatura, qui erat in Principio

in Deo, Verbum Deum, sicut in Evange-

lio dicitur: & Deus erat Verbum, per

quem omnia facta sunt, & in quo omnia

subsistunt. Qui novissimis diebus descen-

dit ex alto, natus est ex Virgine secundum

Scripturas, & homo factus est, Mediator

Dei, & hominum, fidei nostræ Apostolus,

auctor vitæ. Et post pauca: Credimus

etiam in Spiritum S. qui datus est Fide-
libus pro consolatione, Sanctificatione, &

perfectiōne eorum. Sicut Dominus Noster

IESUS Christus præcepit Discipulis suis,

dicens: ite, docete omnes nationes, & ba-

ptizate in Nomine Patris, & Filii, &

Spiritus S. clarum est, quod hoc sit acci-

piendum de Patre, qui vere Pater est, de

Filio, qui vere Filius est, & de Spiritu S.

qui vere Spiritus S. est; non sunt nomi-

na

na simplicia in vanum attributa, sed ex-
 acte significant substantiam, ordinem, & Sæculum IV. A. C. 341.
 Gloriam cuius eorum, qui nominatur,
 propriam, ita ut tria sint entia, quantum
 ad subsistentiam, unum, quantum ad con-
 cordiam. Et deinde: Si quis dicat, tem-
 pus fuisse, aut Sæculum, antequam Filius
 Dei genitus fuerit, anathema sit. Et si
 quis dicat, Filium esse Creaturam, sicut
 ex aliis creaturis unam, aut productum,
 sicut alia producta sunt, & se non tradi-
 tioni Scripturarum subjiciat, anathe-
 ma sit.

S. Episcopis, quibus hæc fidei confessio *Hilar. de Synod. p. 334. 335.*
 probabatur, nullum aliud erat propo-
 situm, quam errorem tollere, quo veritas

Distinctionis inter Personas Divinas im-
 pugnabatur, & perverse plura Nomina
 soli Patri attributa dicebantur; Hinc
 tres Hypostases ponebant, ut per hanc
 vocem tres Personas subsistentes signifi-
 carent, non autem ut substantiam Patris,
 Filii, & Spiritus S. diversitate essentiæ
 dividerent. Nihil in hac formula inve-
 nitur, quod distinctionem Essentiæ, &
 naturæ inter Patrem, & Filium indicet,
 cum dicatur Deus, de Deo, totus de to-
 to, perfectus de perfecto. Dicitur unus
 ex uno solo, ut Ideæ generationis huma-
 næ excludantur. Dicitur Rex de Rege,
 Dominus de Domino, ut æqualitas po-
 tentiæ ostendatur; illud vero omnem
 omnino

Sæculum IV omnino diversitatem excludit, quod dicitur
 A. C. 341. tur immota, & immutabilis Divinitatis,
 Concilium Antiochenum. Effentiæ, & Gloriae Patris imago, ut de-
 monstraretur natum esse ex Patre absque
 ulla vel in Patre vel in Filio naturæ Di-
 vinæ mutatione. Ita aliquot post annos
 S. Hilarius hanc Professionem fidei expli-
 cabat, eamque ex toto Catholicam esse
 ostendebat. Vocem græcam *ousia* per
 vocem latinam: essentia, interpretatur,
 quamvis sæpius per vocem: substantia,
 reddatur; hoc autem ideo facit, quia per
 vocem latinam: subsistentia, vocem græ-
 cam: hypostasis, reddit, quam ego per
 vocem: substantia, reddidi. Hæc for-
 mula sequentibus temporibus evasit cele-
 berrima, inter illos præprimis, qui, quam-
 vis proprie cum Arianis non sentirent, ta-
 men vocem: consubstantialis, rejicie-
 bant.

Athan. de
 Synod. p.
 894.

Cum tamen hanc formulam sua pro-
 lixitas redderet subobscuram, Theophro-
 nius Episcopus Thyaneus breviorē pro-
 posuit in hæc verba: *Deus scit, & tes-
 tem eum invoco in animam meam, quod
 credam; in Deum Patrem omnipotentem
 Creatorem universi; de quo sunt omnia,
 & in Filium ejus unicum, Deum Verbum,
 Potentiam, & Sapientiam, Dominum no-
 strum Jesum Christum, per quem sunt
 omnia, ex Patre ante Sæcula genitum,
 Deum perfectum de Deo perfecto, qui in
 Deo*

Deo est per hypostasim, qui novissimis die-
bus descendit, natus ex Virgine. Et reli-
 qua, quæ ad incarnationem pertinent.
 Tum subjungit: *Et in Spiritum S. Con-*
solatorem, Spiritum veritatis, quem per
Prophetas suos Deus in servos suos effusu-
rum se promisit, & Dominus missurum
Discipulis suis, & promissum dedit. Si
quis contra hanc fidem doceat, aut cogitet,
anathema sit! sive teneat opinionem Mar-
celli Ancyrani, aut Sabellii, aut Pauli Sa-
mosateni, anathema sit ipse, & omnes, qui
cum eo communicant. Theophronius ubi
 hanc fidei professionem conscripserat,
 eam in Concilio protulit, cui omnes
 Episcopi subscripserunt. Hæc formula
 in duobus a prioribus differt; primum
 est, quod clarius distinctionem Persona-
 rum absque diversitate substantiæ expli-
 cet, dum dicit, Verbum esse in Deo per
 Hypostasim, id est, per se ipsum subsistens,
 non autem sicut accidens in subjecto; al-
 terum, quod Episcopum nominet, cujus
 suspecta fides his symbolis proponendis
 occasionem dedit, nempe Marcellum An-
 cyranum, & duos hæreticos antiquiores,
 quos sectari dicebatur.

§. XII.

Canones Concilii Antiocheni.

Concilium, rebus, quæ ad fidem perti-
 nebant,

Sæculum IV.
 A. C. 341.

Sæculum IV. A. C. 341. *Can. Antioch. to. 2. p. 561.* nebant, ita compositis, viginti quinque Canones circa Disciplinam Ecclesiasticam tulit, ab universa deinde Ecclesia receptos. Canone primo statuitur, ut qui pertinaciter adhucdum Decretum Concilii Nicæni de celebrando Paschate contemnunt, excommunicentur, & ab Ecclesia ejciantur, si Laici tantum sint, si vero Clerici, id est, Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi, hos Concilium ipso facto ab Ecclesia separatos declarat, utpote non suorum tantum, sed & populi peccatorum reos, quem suo exemplo pervertunt, dum, a Christianis recedentes, Pascha cum Judæis celebrant. Non solum depositi sint, sed etiam honoribus externis, qui Clericis exhiberi solent, careant, & qui post eorum depositionem cum ipsis communicare præsumpserint, eandem pœnam incurrant. Ecce hic videmus censuram pleno jure latam, nullo præcedente judicio, & ad eos, qui cum reis communicabant, extensam.

Canone secundo illi damnantur, qui Ecclesiam intrantes lectionem SS. Scripturarum quidem audiebant, sed ex Spiritu inobedienciæ precibus communibus cum populo non intererant, & communionem Eucharistiæ accipere recusabant; hi Ecclesia expellantur, donec peccatum suum confiteantur, pro obtinenda venia supplicent, & fructus pœnitentiæ ostendant.

Non

Non licet cum excommunicatis commu-
nicare, aut in domibus convenire ad oran-
dum cum illis, qui cum Ecclesia non
orant; aut in unam Ecclesiam recipere
tales, qui a Conventu alio separati sunt.
Si quis Episcopus, Presbyter, Diaconus,
aut quicumque ex Clericis cum excom-
municatis communicet, excommunicetur.
Duos hos canones occasione Au-
dianorum Schismaticorum latos fuisse,
conjectura est, quippe isti, unacum Aria-
nis nati, Pascha celebrabant cum Judæis,
spreto Concilii Nicæni Decreto; cum
aliis, quam qui eorum Sectæ essent, non
orabant, & volebant peccata simplici cæ-
remonia remittere, omittis pœnitentiæ
temporibus a Legibus Ecclesiæ præscri-
ptis. Canon quintus iterum Schismati-
cos respicit, & ita sonat: *Si Presbyter,
vel Diaconus, contempto suo Episcopo, ab
Ecclesia se separet, conventum particula-
rem agat, altare erigat, & Episcopo obe-
dire nolit, semel, bisve monitus, absque re-
stitutionis spe deponatur. Si pergat Ec-
clesiam turbare, potentia externa tanquam
seditiosus reprimatur.* Hoc est, quod
hodie vocamus, auxilium brachii Sæcu-
laris implorare. Tum Concilium prose-
quitur: *Qui ab Episcopo suo excommuni-
catus fuerit, ab aliis non recipietur, nisi
in aliquo Concilio, probata sua innocen-
tia, benigniorem Sententiam impetrave-
rit.*

Sæculum IV.
A. C. 341.

Sup. l. X.
S. 4. Epiph.
hær. 70.
Theod. hær.
fab. IV. c.
10.]

c. 6.

Hist. Eccles. Tom. III.

B b

rit.

Sæculum IV. *rit.* Hæc Regula tam pro Clericis, quam
 A. C. 341. pro Laicis valet. Nullus extraneus
 ne litteris pacis recipiatur. Presbyteri
 c. 7. rurales tales litteras non dent, aut alii
 c. 8. epistolas canonicas, nisi ad vicinos Episcopos; Chorepiscopis autem litteras pacis dare liceat.

De stabilitate, & Residentia Ecclesiasticorum Concilium Antiochenum, insistens Concilio Nicæno, ita statuit: Si
 Can. 3. quis Presbyter, Diaconus, aut alius Clericus, relicta sua Diœcesi, ad aliam transeat, diu ibi mansurus, & sedem fixurus, ei omnes functiones interdiciantur, præsertim, si ab Episcopo revocatus, in suam Diœcesin redire noluerit. Si inobediens perseveret, sine spe restitutionis deponatur. Si quis Episcopus ob talem causam depositum suscipiat, in Concilio tanquam legum Ecclesiasticarum violator puniatur. Si quis Episcopus, Presbyter, aut alius Clericus absque consensu, & litteris Episcoporum Provincialium, præcipue autem Metropolitanæ ad Imperatorem proficisci audeat, non tantum Communionem, sed etiam Dignitatem privetur, quod contra leges Ecclesiæ Imperatoris auribus importunus accidere præsumperit; si rebus ita poscentibus aulam adeat, consilio Metropolitanæ, & Provincialium suorum accedat, atque eorum epistolis munitus.

Contra translationes Episcoporum ^{Sæculum IV.}
 speciatim hæc habentur: Episcopus ab ^{A. C. 341.}
 una Diœcesi ad aliam non transeat, ne- ^{Can. II.}
 que seipsum ingerendo, aut vehementi
 populi postulationi, aut cogentibus aliis
 Episcopis cedens; sed in Ecclesia, quam
 a Deo pro sua hæreditate primam accep-
 tit, remaneat, velut priora Decreta sta-
 tuunt. Hic Nieanus Canon decimus
 quintus denotatur, eumque eludendi
 omnes prætextus amputantur, ut si quis
 dicat, se populi affectu, aut Episcoporum
 electione coactum. Ex hoc Canone co-
 gnoscitur, Eusebii Constantinopolitani
 haud magnam fuisse in hoc Concilio au-
 ctoritatem, nisi forte, propria ambitione
 satiata, aliorum cupiditatem coerceri
 non ægre passus sit.

Si quis Episcopus, cui propria Eccle- ^{Can. 16.}
 sia non est, Ecclesiam vacantem invadat,
 & absque Concilio legitimo illam sedem ^{Canones}
 usurpet, expellatur, quamvis omnis po- ^{Concilio An-}
 pulus illius Ecclesiæ usurpatorem elige- ^{tiochen.}
 ret. Concilium legitimum illud dicitur, in
 quo Metropolitanus præsens est. Si quis ^{Can. 17.}
 Episcopus, accepta manuum impositione,
 Ecclesiam, sibi commissam, adire non
 vult, ut ibi ministret, excommunicetur,
 donec obediat, aut Concilium Provin-
 ciale disponat. Si quis Episcopus ordi- ^{Can. 18.}
 natus possessionem Ecclesiæ suæ absque
 sua culpa adire non potuit, puta, ob re-
 sisten-

Sæculum IV. A. C. 341. sistentiam populi, aut quamcunque aliam causam, quam ipse non posuit, honoribus gaudebit, & functiones suæ Dignitatis peraget, at negotiis Ecclesiæ, in qua Divinis officiis interest, se non ingeret, & Decretis Concilii Provincialis subditus erit. Talis est, quem Canon decimus sextus Episcopum sine propria Ecclesia vocat, non autem legitur, populum, cui regendo destinabatur, ad eum recipiendum cogi debere; quod nempe Regimen Ecclesiasticum lenissimum sit, & non nisi in volentes exerceri oporteret.

Can. 19.

Episcopus in aliquo Concilio, Metropolitanò, & omnibus Provinciæ Episcopis præsentibus ordinetur, quos Metropolitanus per epistolas convocet. Consultissimum, si omnes adsint, si magna difficultas id non permittat, saltem pars major præsens sit, aut per litteras consensum indicent, ut ordinatio legitima sit, alias nullius sit valoris. Si autem ordinatio juxta Canones facta sit, & aliqui obtinate repugnent, plura suffragia vincant.

Conc. Arel. Concilium Arelatense, & Concilium Nicænum jam antea idem statuerant. Tum
I. c. 20. Concilium Antiochenum ulterius statuit:
Nic. c. 4. Episcopo Successorem sibi nominare, etiam fati urgentibus, non liceat; si fecerit, nulla sit ordinatio, sed servetur regula, neminem ad Episcopatum promovendum, nisi quem, Episcopo defuncto, Episcopi

copi in Concilio congregati, dignum ju-
dicaverint. Jam olim Origenes hunc abu-
sum Episcoporum, Successores sibi nomi-
nantium, notaverat. Certum tamen est,
sæpius morientis Episcopi, de cujus San-
ctitate constabat, nominationem apud fi-
deles populos plurimum valuisse.

Sæculum IV.
A. C. 341.

in Num.
hom. 22,

§. XIII.

Continuatio Canonum.

Contra perturbatores jurisdictionis
Concilium statuit sequentia; Qui

Can. 10.

in oppidis, aut pagis morantur, aut Chor-
episcopi nominantur, quamvis ordina-
tionem Episcopalem acceperint, potesta-
tis suæ limites non excedant, & solas Ec-
clesias sibi commissas regant; Lectores,
Subdiaconos, & Exorcistas ordinare pos-
sunt, non autem Presbyteros, aut Dia-
conos sine civitatis Episcopo, ad cujus

v. Conc. An-
cyr. c. 13.
v. Conc.
Neoc. can.

Ditionem pertinent. Qui hanc Regulam
transgressus fuerit, deponatur. Chor-
episcopus ab Episcopo civitatis ordine-

14.

tur. Canon iste Chorepiscopis Caracte-
rem Episcopalem tribuere videtur, quod
tamen difficultate non caret. Canone
decimo tertio prohibetur; ne Episcopus
in aliam Provinciam transire audeat, ut
ibi Clericos ad functiones Ecclesiasticas
ordinet, quamvis alios Episcopos secum
duceret socios, nisi a Metropolitanis, &

c. 13

Sæculum IV. Episcopis illius Provinciæ, quo vadit, per
 A. C. 341. litteras vocatus fuerit; si, non vocatus,
 illuc iverit, & ordinaverit, aut de rebus
 Ecclesiasticis, ipsum non tangentibus, dis-
 posuerit, omnia erunt nulla; & in po-
 nam iniquæ molitionis, jam nunc depo-
 situs a S. Concilio declaratur. Uniuscu-
 jusque Provinciæ Episcopi sciant, Episco-
 po Metropolitano totius Provinciæ cu-
 ram incumbere, cum omnes undecun-
 que, quibus negotia sunt, ad Metro-
 lim convolent. Hinc visum est, Metro-
 politanum cæteros honore antecellere
 debere, aliosque secundum antiquam Re-
 gulam, a Patribus nostris observatam, ni-
 hil majoris momenti sine ipso moliri oportere.
 Cujuslibet Episcopi jurisdictio non
 ultra suam Diœcesin extenditur, id est, Ci-
 vitatem, & Ditionem eidem subjectam.
 Hanc in timore Domini regat. Presby-
 teros, & Diaconos ordinare potest, &
 privatorum causas judicare, majora sine
 Metropolitanæ consensu non agant, sicut
 Metropolitanus sine suorum Episcoporum
 consilio.

De judiciis Ecclesiasticis ista decreta
 sunt; Propter Ecclesiæ necessitates, &
 dirimendas lites visum est statuere, ut cu-
 juslibet Provinciæ Episcopi bis per an-
 num in Concilium conveniant, a Metro-
 politano convocati. Primum quarta se-
 ptimana post Pascha agetur, secundum
 Idibus

Idibus Octobris nempe decima *Hyperbete*. Sæculum IV. A. C. 341.
 In his Conciliis Presbyteri, Diaconi comparebunt, & omnes, qui se læsos credent, atque, quod justum est, pronuntiabitur. Sed particularia Concilia, non præsentem Metropolitanum, prohibita sunt. Duo celebrari per annum Concilia jam Nic. c. 5. in Concilio Nicæno præceptum fuerat, hic tantum aliud tempus assignatur. Ul. Can. 14. Antioch. Uterius in Concilio Antiocheno statuitur: si quis Episcopus accusatur, & opiniones Provincialium sint divisæ, ita ut ab una parte innocens, ab altera reus judicetur, Metropolitanus quosdam Episcopos ex Provincia vicina advocabit, ut dubium tollatur, & cum Provincialibus suis latum iudicium confirmabit. Si autem can. 15. Episcopus unanimiter ab omnibus Episcopis Provinciæ condemnatus sit, ab aliis iudicari jam non poterit, sed hoc iudicium subsistet. Si quis Episcopus a Concilio depositus, aut Presbyter, vel Diaconus a suo Episcopo in Ministerium, ut c. 4. sicut prius functiones peragat, se intrudat, nulla ei restitutionis spes sit per aliud Concilium obtinendæ, nec ultra audiatur. Imo omnes, qui cum ipso communicant, Ecclesia ejiciantur, præsertim si illius condemnatio eos non latuerit. Iste canon, quamvis in se nihil contra æquitatem contineat, Eusebianorum fraude, sicut etiam sequens, insertus videtur, ut fo-

Sæculum IV
A. C. 341.

c. 12.

veam S. Athanasio parent, & profecto
successit dolus. Si quis Presbyter, aut
Diaconus a suo Episcopo, aut Episcopus
a Concilio depositus, auribus Imperato-
ris audeat esse molestus, cum nullum
ad majus Concilium recursum habere de-
buisse, indignus venia judicabitur, non
ultra audiendus erit, nulla restitutionis
spes sit.

c. 24.

Quantum spectat ad bona temporalia
Ecclesiarum. Omnia Ecclesiæ bona omni
solicitudine, & fidelitate custodiantur,
coram Deo, qui omnia videt, & judi-
cat. Hæc bona arbitrio, & auctoritate
Episcopi administrantur, cui omnis po-
pulus, & Fidelium animæ concredita
sunt. Quæ bona propria sint Ecclesiæ
Presbyteri, & Diaconi accurate sciant,
& nihil eorum notitiæ subtrahatur. Ita
ut si Episcopus decesserit, quænam ad Ec-
clesiam pertineant, non ignorentur, ne
quidquam perdat, aut distrahat, vel
quæ ipsius Episcopi sunt, occasione bono-
rum Ecclesiæ litibus implicentur; æquum
est coram Deo, & hominibus, ut bona
Episcopi, iis, quibus legaverit, relinquantur,
& Ecclesiæ, quæ ei propria sunt,
conserventur. Sicut enim Ecclesiam in-
demnem esse oportet, ita specie utilita-
tis Ecclesiæ Episcopi bona non rapiantur,
nec litibus ejus propinqui vexentur, ne
memoria defuncti reddatur invidiosa.

Episco-

Episcopo Bonorum Ecclesiasticorum administratio competit, ut iis, qui indigent, religiose, & in omni timore Dei dispenset. Ipsemet, si indigeat, sibi, & fratribus necessaria, quibus hospitalitatis officia exhibet, accipiat, ita, ut ipsis nihil desit secundum effatum Divini Apostoli: *habentes, quod manducemus, & quibus vestiamur, contenti simus.* Si superflua appetat, si bona Ecclesie in proprios usus vertat, si absque Presbyterorum, & Diaconorum consilio de redditibus disponat, si administrationem suis domesticis, fratribus, propinquis, liberis committat, occulto Ecclesie detrimento, hujus rei rationem in Concilio Provinciali reddet. Si aliunde Episcopus, aut ejus Presbyteri mala fama vapulent, quod in proprium commodum bona Ecclesie convertant, neglectis interim pauperibus, & manifesto Religionis probro, ex Concilii judicio castigabuntur. Canon iste Episcopis, & ex consequenti aliis Clericis, tunc tantum, quando indigent, & aliunde subsistere non possunt, Bonorum Ecclesiasticorum usum concedere videtur. Tales sunt viginti quinque Canones Concilii Antiocheni; his Nomine totius Concilii epistola Synodalis adjuncta, sicque ad omnium Provinciarum Episcopos missi sunt, qui rogabantur, ut suo eos consensu confirmarent; atque omnino, cum

B b 5 horum

Sæculum IV.
A. C. 341.

c. 21.

1. Tim. 6. 8.

Tom. 2.
conc. p. 60.

Sæculum IV. horum Canonum Disciplina sancta sit, &
A. C. 341. Apostolica, ab universa Ecclesia recepti
 sunt.

§. XIV.

*Gregorius in Sedem Alexandrinam
 intrusus.*

Ex his Canonibus, ut ut sanctis, Euse-
 bianis ansam arripuere de novo S.
 Athanasium persequendi. Quarto, &
 duodecimo canone Episcopo deposito
 omnis spes restitutionis adimitur, si fan-
 ctionibus Episcopalibus non abstinet,
 aut Imperatorem adiit. Utriusque reum
 esse Athanasium dicebant, ipsum enim
 Tyri depositum, querelis Magni Constans-
 tini aures fatigasse, & deinde ad suam
 Ecclesiam rediisse, nullius Concilii De-
 creto. Forte etiam ex his duobus cano-
 nibus unum conflarunt, quem totius Con-
 cilio auctoritate conditum venditarunt,
 quomodocunque hoc se habeat, omnes
 unitis viribus, erant autem quadraginta,
 & præsentia Imperatoris suffulti, alterius
 Episcopi Alexandrini, loco Athanasii de-
 positi, ordinationem urgere cœperunt;
 hoc enim solum erat, quod tantis am-
 bagibus quærebant, & unica causa, cur
 effecerint, ut Antiochiæ Concilium con-
 vocaretur. Igitur, quas nuper calumnias
 in Athanasium finxerant, imo & veteres
 repetere non erubuerunt, statimque, qui

v. Pagi. 341.
 n. 32. &c.

Socr. II. c. 8.

Soz. III. c. 5.

ei in Episcopatu succederet, Eusebium, Episcopum exinde Emesinum, nominarunt. Is Edessæ in Mesopotamia nobilitate natus, a teneris sacris litteris imbutus fuerat, tum Græcorum scientiis in ipsa urbe Edessa instructus; tandem Patrophilus Scythopolitanus, & Eusebius Cæsariensis ei Sacros libros exposuerant. Antiochiæ degebat cum Eustathius deponeretur, mansitque apud Euphronium ejus Successorem. Sacerdotii honorem fugiens Alexandriam profectus est, ibique Philosophiæ studuit, Antiochiam deinde rediens Flaccillo Euphronii Successori adhæsit; talis erat rerum ipsius status, quando eum Eusebius Constantinopolitanus in Sede Alexandrina collocandum proposuit; ipse vero non ignarus, quantum S. Athanasius a populo suo amaretur, hunc Episcopatum acceptare renuit; itaque Eusebiani Eusebium Emesinis Episcopum dederunt; Hæc Eusebii ordinatio in populo Emesino tumultus causa fuit, nam Mathematicum, id est, Astrologum credebant, quorum hominum pessima erat apud Emesinos nota, ergo fugere cogitur, & postquam in Domo Episcopi Georgii Laodiceæ latuerat, Antiochiam ab eo reductus, Flaccillo, & Narcisso Patrocinantibus, in Sedem Emesinam restitutus est. Idem Eusebius, tenere errores Sabellii, incusatus est, sed hæc multo post
tempo-

Sæculum IV.
A. C. 341.

Socr. II. c. 9.

Sup. XI. §.
43.

Sæculum IV. tempore contigerunt. Imperator Constantius, in Barbaros movens, eum secum duxit, atque quædam miracula edidisse dicebatur, quapropter factum, ut in aliquibus Martyrologiis apponeretur. Eusebius Imperatore Constantio regnante, mortalitatem exiit, Antiochiæ sepulchrum ingentem librorum numerum scripsit stilo eleganti, & arte dicendi ad populi Genium accommodata; eorum præcipua erant contra Judæos, Gentiles, Novatianos; & iterum Homiliæ breves in Evangelia. Sed hæc omnia hodie desiderantur.

Socr. II. c. 10.

Greg. Naz. orat. 21. p. 681.

Athan. ad solit. p. 815.

Eusebio Emesino Cathedram Alexandrinam non acceptante, Eusebiani Gregorium præsentarunt, & sine mora ordinatum. Gregorius iste in Cappadocia natus, studiorum causa Alexandria moratus fuerat; eum S. Athanasius, benigne susceptum, paterno affectu, & fiducia ut filium foverat, quo non obstante calumniæ, in S. Athanasium confictæ de cæso Arsenio, conscius fuisse incusabatur. Eusebiani, contra omnes Canones ordinatum, Ecclesiæ, quæ eum non postulabat, destinatum, & in qua ipsis nullum jus Episcopum ponendi competebat, tamen auctoritate Cæsaris freti, in possessionem mittere moliti sunt; ab Imperatore obtinuerunt, ut epistolas scriberet, & altera jam vice Philagrium Ægypti Præfectura dona-

donaret, cujus odium in Catholicos, jam Sæculum IV.
 tum, cum inquisitiones in Mareotide agi- A. C. 341.
 tatae, ipsis perspectum fuit; erat Phila- Sup. l. XI.
 grius Gregorii popularis, Apostata, & Gregorius in
 quem nulla morum honestas commenda- Sedem Ale-
 bat. Philagrio in Ægyptum proficiscen- xandrinam
 ti Imperator comites addidit Eynuchum, intruditur.
 qui Arfacius vocabatur, & milites, ut, si Athan. ad
 opus esset, vim adhiberent. Primo adi- orthod. p.
 tu Præfectus litteras in forma Edicti pro- 944.
 mulgavit, quibus indicabatur, Gregorium
 ex Cappadocia cum Imperatoris mandato
 adesse, ut Athanasio succederet. Omnes
 rei non prævisæ novitas perturbavit. Po-
 pulus Christianus turmatim ad Ecclesias
 concurrere, aperte coram Magistratibus,
 & tota civitate conqueri; Fidelibus nul-
 lam accusationis, nullam criminandi cau-
 sam esse contra Athanasium, sed fraudes
 Arianorum prævalere; si vero alicujus
 criminis reus esset, in judicio legitimo
 fuisse citandum, ibi sententiam pronun-
 tiandam, & tandem juxta canones suc-
 cessorem eligendum.

At Philagrus Paganorum facem, Ju-
 daeos, & improbos quosque promissis,
 quibus deinde stetit, ad ea, quæ perfi-
 cere cupiebat, sibi devinxit; pueros pascen-
 dis gregibus præfectos, juvenes feroces,
 ex foris & compitis congregat, ad inso-
 lentiam incitat, atque turmatim gladiis,
 & fustibus instructos in Ecclesias, quo
 popu-

Sæculum IV. A. C. 341. *Epist. Jul. ap. Athan. ap. 2. p. 749. c. 751. ad orthodox. pag. 945. 946.* populus confugerat, immittit; hi in Ecclesiam, cui a Quirino Nomen, irrumpunt, templum, & baptisterium incendunt, nudantur virgines, modis indignis vexantur, ubi resistebant, vitæ etiam periculum subibant. Monachi ita pedibus proculcati, ut ipsa anima elideretur. Alii monachi mancipiorum more capti, aut ense, vel fuste occisi, alii vulnerati, aut saltem verberati. Sacra Mysteria ablata a Gentilibus in terram projecta, Sacra mensa avium, & strobilorum sacrificiis profanata, Gentilibus Idola sua laudantibus, & Jesum Christum blasphemantibus. Libros sacros in Ecclesia repertos combusserunt. Judæi, Gentilibus mixti, Baptisterium ingressi, projectis vestibus locum sacrum abominationibus polluerunt, quas narrare honestas vetat. Quidam impiam crudelitatem, qua Christiani tempore persecutionum afflicti fuerant, reducentes, Virgines, & Matronas, continentiam servantes, extrahebant in medium, ut ad blasphemandum, & negandum Dominum cogerent, renuentes verberibus tundebant, & calcibus impactis proterebant. Ex Ecclesia prædas agere impune erat, hi, quæcunque sub manibus erant, sibi capere, alii privatorum deposita inter se dividere. Vinum, quod copiose aderat, potant, effundunt, auferunt. Oleum diripiunt. Portæ, & chla-

thri

thri confracti asportantur, lampades in terra ad parietem deponuntur, Ecclesiæ cereos ad Idolorum suorum honores accendunt. Capiuntur Presbyteri, & Laici, Virgines spoliatae capitis velamine ad Præfecti tribunal raptæ, & carceri traditæ; alii pro mancipiis venditi, aut flagellis cæsi. Panes Ecclesiæ Ministris, & Virginibus debiti, ablati.

Hæc omnia in quadragesima circa festum Paschatis agebantur. Die Parasceves Gregorius Ecclesiam adiens, Præfecto, & Paganis comitantibus, cum cerne- ret, quantum populus ingressum violentum horreret, Præfectum perpulit, ut triginta quatuor Fideles, Virgines, nuptas, viros nobiles publice virgis cædi, & in carcerem mitti juberet; Virginum una, cum cæderetur, psalterium adhuc manibus tenebat, quod a tortoribus laceratum est. Eadem, quæ prius relata, perpetrandi furiosis animus erat in Ecclesia, qua hisce diebus S. Athanasius ut plurimum morari consueverat, & captum interempturi erant, at ipse sciens, locum sui domicilii jam esse proditum, timensque, ne hæc quoque Ecclesia, sicut aliis factum, prædictis sceleribus profanaretur, se populo suo clam surripuit, antequam Gregorius advenisset, & navem conscendit, Romam iturus, ut Concilio, ibi celebrando, assisteret. Gregorio Festi
Pascha-

Sæculum IV.
A. C. 341.

Sæculum IV.
A. C. 341.

Paschalis Sanctitas non obstitit, quo minus ipsa die plures Catholicos custodire traderet, atque, occupatis omnibus Ecclesiis, Catholicos aut ingressu abstinere, aut cum Arianis communicare coegit.

Gregorius nequidem, quod Catholici domi suæ orarent, ferre poterat, talemque Præfecto denunciabat; Sacrorum Ministri tam sedula improbitate observabantur, ut privati, periculose decumbentes, Baptismum accipere non potuerint, & ægroti Presbyterorum solatio privarentur, quod etiamsi ipso morbo acerbius accideret, eo auxilio tamen carere malebant, quam sustinere, ut Ariani capitibus suis manus imponerent. Ne tantæ oppressiones fama vulgarentur, Gregorius Navarchis, imo & vectoribus districte præcepit, ne contra se murmurarent, sed Epistolas suas deferendas acciperent; quidam, obedire recusantes, ideo carcerem, vincula, tormenta passi sunt. Præfectus ipso Auctore, contra Athanasium quasi populi Nomine scripsit ad Imperatorem Epistolam, tantis criminationibus repletam, ut, si reus fuisset Athanasius, objecta crimina non exilio satis, sed sola morte expiare potuisset. Huic Epistolæ Pagani, Idolorum custodes, mixtimque Ariani subscripsere.

Gregorius
 Anti-Episcopus.

Inter

Inter hæc Epistolæ ab Eusebianis al-
 latae sunt ad Philagrium, ut Gregorium,
 totius Ægypti Ecclesias visitantem, comi-
 taretur. In hac visitatione Episcopi fla-
 gris cædebantur, & onerabantur vincu-
 lis. Serapammon Episcopus, & Confes-
 sor proscriptus. Potammon, etiam E-
 piscopus, & Confessor, cui in persecutio-
 ne oculus fuerat ademptus, tamdiu in
 cervice verberatus, donec exspirasse cre-
 deretur, vixque post aliquot horas fo-
 mentorum vi Spiritus revocari potuit;
 brevi tamen post migravit & vita dupli-
 cis Martyrii corona dignus. Idem hic
 est Potammon, Episcopus Heracleensis,
 qui Concilio Nicæno, & deinde Tyriensi
 interfuit; Ecclesia decima octava Maji
 ejus memoriam colit. Plures alii Epif-
 copi verberibus affecti, plures solitarii
 fastibus cæsi; dumque hæc fierent, Gre-
 gorius cum quodam Ministro, cui Bala-
 cio nomen, & titulum Ducis gerebat, se-
 dens inspectabat. His non obstantibus
 omnes & singulos ad secum communi-
 candum invitabat, non videns, quantum
 suus agendi modus a sana ratione diver-
 teret, dum hinc Catholicos tanquam im-
 pios puniret, inde eosdem ad commu-
 nionem vocaret, tanquam Sanctos. In
 S. Athanasii sceminam consanguineam ul-
 tra mortem sæviit, quippe vivam perse-
 cutus, mortuæ sepulturæ honorem non

Sæculum IV.
 A. C. 341.

Sup. L. XI.
 §. 2. 48. Mar-
 tyr. 18.

Athan. ibid.
 817.

Inter Hist. Eccles. Tom. III. C c in-

Sæculum IV. indulgit, quo carere debuisset, nisi can
 A C. 341. propinqui subtractam terræ mandassent.
 Pauperibus quibusdam inclusis eleemosi-
 nam deferri vetuit, navibus, vinum,
 leumque ad eorum usum portantibus
 ipsius jussu confractis. Hæc modo re-
 censita, eorum omnium, quæ Gregorius
 auspicio, aut jussu per vim, & nefas in-
 cta, pars aliqua dici possunt.

§. XV.

S. Antonius S. Athanasio favet.

Cum igitur Gregorius in sola potestate
 te Laicorum confideret, neglectis E-
 piscopis, aut Monachis, Magistratum
 sæcularium amicitiam ambiebat; quoties
 ei litteræ Imperatoris, alicujus Præfecti,
 aut Judicis redderentur, exultantis animi
 gaudium premere non poterat, talium ho-
 mines indonatos nunquam dimittebat.
 litteras vero, a S. Antonio, de monte sibi
 scriptas, contempsit, & causa fuit, quod
 Dux Balacius quoque ab eodem viro factis
 eto sibi missas contemptui habuerat.
 Namque ubi S. Antonius rescivit, quanto
 furore Balacius Arianorum crudelitate
 ti serviret, nempe ipso jubente Virgines
 verberibus obtundi, eremicolas vestibus
 spoliari, & flagellari, ad eum scripsit in
 hunc modum: *Video iram Dei irruere
 super te! cessa ergo Christianos persequi.*

*vit. S. Ant.
 c. 30. p. 500.*

ne te imparatum occupet, jam enim cer-
vicibus tuis imminet! His lectis Balacius
in risum solvi, chartam humi projicere,
& conspuere; eos, qui attulerant, con-
tumeliose habitos, Antonio renunciare
jubet hæc verba: *Cum tibi tantopere
Monachi curæ sint, etiam ad te veniam.*
At quintus necdum effluxerat dies, cum
vindicantis Dei manum sensit. Ipse, &
Nestorius Ægypti Vicarius equis vecti,
quos ex Balacii stabulo inter omnes ele-
gerant mansuetissimos, Cheream tende-
bant, ubi, ab Alexandria proficiscentibus,
prima nocte cubandum erat, antequam
ad diverforium pervenissent, equi, ut
sæpius fit, colludere cœperunt, mox au-
tem ille, cui Nestorius insidebat, alias
moderaminis patientissimus, subito effe-
ratus, in Balacium insiliens, morsibus fe-
mur ejus discerpit; ipse in urbem reve-
ctus post triduum ex vulneribus vita ex-
cessit, omnibus promptissimum ultionis
divinæ, a S. Antonio prædictæ, eventum
admirantibus; hinc aliorum Officialium
crevit in S. Virum veneratio. Magistra-
tus, cum S. Antonium propter hominum
multitudinem, quæ ipsos justitiam pe-
tendi causa circumdaret, adire non pos-
sent, rogabant, a monte descenderet, ut
saltem oculos aspectu ejus recreare lice-
ret, atque ipso recusante, reos, militibus
stipatos, ad eum mittebant; itaque com-

Sæculum IV.

A. C. 341.

c. 29. p. 499.

Sæculum IV. miseratione, & precibus eorum commo-
A. C. 341. tus ad exteriora montis procedebat, ma-
 gno animarum emolumento. Judicibus
 suadebat; justitiam super omnia ama-
 rent, Deum timerent, scirentque, idem
 judicium se quondam experturos, quod
 ipsi in alios usi fuissent. At solitudinis
 amor diu inter homines morari non sine-
 bat; dum aliquando Centurionis cupis-
 dam, qui Ducis titulo ornabatur, precibus
 coactus descendisset, paucis verbis
 monita salutaria dedit, atque instanti Du-
 ci, ut diutius maneret, respondit: *Sicut*
pisces moriuntur, si diu in sicco hærent,
ita Monachi, si diutius vobiscum agunt,
tepescent, ideo nobis festinanter ad mona-
stem, sicut piscibus ad mare, redeundum.

§. XVI.

S. Pauli Eremitæ obitus.

Hier. vit. Sancto Antonio, tunc nonagesimum
Pauli. tæ annum agenti, in mentem venit,
 neminem præter se in deserto perfectum
 vivere; illa nocte dormienti revelatum
 est, vivere aliquem in interiori eremo
 perfectiorem, & hunc sibi esse inquiren-
 dum. Quamprimum illuxit, S. Senecio
 iter ingressus est, baculo innixus, nesciens
 quæ sibi via capeffenda esset, at firma in
 Deum fiducia, quod sibi servum suum
 stensurus esset, nec spes fefellit; qui de-
 derat

derat, ut servum Dei in Spiritu cognosceret, docuit & viam ad habitationem ejus; tertia die ante solis ortum ad cavernam pervenit, quo S. Paulus primus Eremita ante ferme nonaginta annos secesserat, circa illud tempus, quo S. Antonius primo lucem aspexerat. Ita obscurus erat aditus, ut Antonius statim nihil videret, progrediebatur tamen, leniter vestigia ponens, oris halitum continens, & subinde subsistens, ut auscultaret; tandem, a longe quadam luce inspecta, dum properare vult, pedibus saxum movit, & sonum edidit, quo audito, S. Paulus ostium, quod erat apertum, claudit, obducto pessulo; S. Antonius ante illud in terram prostratus, usque ad meridiem perseverabat, rogans, ut aperiret, & dicens: *Quis ego sim, novisti, unde, & quare venerim, non ignoras; scio, quod videre te dignus non sim, attamen nisi te videro, non discedam. Hic ante ostium tuum moriar, saltem corpus meum sepelies.* Respondit Paulus: *Quis unquam rogavit, & minas addidit? num mirum tibi videatur, si te non recipio, qui dicis, ad moriendum te venisse?*

Tunc aperuit subridens, & in amplexum ruit, alter alterum nomine proprio salutat, quamvis antea neuter de alio unquam aliquid audivisset, aguntque si-

Sæculum IV.
A. C. 341.
Sup. L. VII.
§. 48.

Paulus 2



Sæculum IV.
A. C. 341.

mul Deo gratias. Post datum, accipit
ptumque osculum sanctum, confederatus
Paulusque in hunc modum locutus est.
*Ecce me! quem tanto labore quasi
in corpus, senectute fractum, albidis
capillis, & incultis tectum, in hominum
breui in pulveres abiturum! Sed, edocui
quid novi mihi de genere humano
fers? An urbes antiquæ novis ædificiis
restaurantur? Qua ratione mundus
gitur? An hodieque Dæmonum adoro-
tores videre est; Dum sic colloquun-
tur, corvum vident, ramo insidentem
qui leniter alas movens, panem inter
gram ante eos deposuit, rursusque avo-
lavit; Quam opportunè! inquit S. Pau-
lus: quam bonus est Dominus, qui mihi
bis servis suis prandium submisit! In
xaginta anni sunt, ex quo singulis die-
bus medium panem accipio, te advenien-
te, JEsus Christus duplicavit annonam.*
Dicta Benedictione, ad fontem sedentes
amice coeperunt contendere, cuius
rum esset panem frangere? Paulus ho-
norem Hospiti deferebat, Antonius re-
tionem ætatis habendam esse existima-
bat, tandem, lite diutissime pendente
placuit, ut quisque panis partem, ad
respicientem, trahendo sibi avelleret;
tum, ad motis ad fontem labiis, paucis
aquæ sitim restinxerunt, atque vigilantes
& orando, exegere noctem.

S. Paulus.

Luce redeunte S. Paulus ad S. Anto-
 nium: *Frater mi! diu est, quod te in hac* Sæculum IV.
A. C. 341.
Regione morari scio, Deus mihi promi-
serat, oculos meos te visuros; nunc au-
tem, quia hora quietis meæ advenit, mi-
sit te, ut corpus meum terra operires.
 S. Antonius inter lacrymas, & suspiria
 rogabat, ne se desereret, sed secum ab-
 duceret. Ille respondit: *Ne quæras,*
quod tibi commodum est; sed utile fra-
tribus erit tuo exemplo adbuendum infor-
mari: rogo te, nisi forte grave sit, ut eas,
& pallium, tibi ab Episcopo Athanasio
datum, corpori meo, involvendo afferas.
 Parum quidem Pauli intererat, quomodo
 corpus suum sepeliretur, sed Antonii do-
 lori parcebat, & removebat, ne se mo-
 rientem conspiceret. S. Antonius audi-
 to Athanasii nomine, & mentione de pal-
 lio, ac si Jesum Christum præsentem cer-
 neret, nihil reponere ausus est, verum
 oculos ejus, & manus osculatus, iter ad
 Monasterium suum relegit, tanta celeri-
 tate, cui corpus ejus vigiliis, & jejuniis
 exhaustum sufficere vix credi potuisset.
 Duo Discipulorum ejus, qui jam diu seni
 ministrabant, venienti occurrentes, dice-
 bant: *Pater mi! ubi tamdiu fuisti? At*
ille: me miserum peccatorem! sane no-
men Monachi frustra gero; vidi Eliam,
vidi Joannem in deserto, vidi Paulum
in Paradiso; nec plura elocutus, pectus-

Sæculum IV. que percutiens, tulit e cellula pallium
 A. C. 341. rogantibus Discipulis, ut clarius loque-
 retur, respondit: *Tempus est loquendi,*
 Eccles. 3. 7. *tempus est tacendi.*

Cella igitur egressus, ne buccella quæ
 dem panis sumpta, per eandem viam ro-
 dibat, Paulum continuo in Spiritu, & ac-
 te oculos habens, timensque ne idiolum
 accideret, quod evenit; altera die tres
 horas processerat, cum Paulum, cano-
 dissima veste fulgentem, inter Angele-
 rum, Prophetarum, & Apostolorum choro-
 ros in altum vidit ascendere; ipse pro-
 nus in terram cadens, sabulo caput ro-
 spergebat, dicebatque plorans: *Paulus,
 quare me derelinquis? necdum valedixisti
 mihi; cur mihi tam sero cognitus es? cur
 tam cito amissus?* Reliquum viæ volans
 magis, quam pedibus incedere videba-
 tur; ubi venit ad specum, vidit corpus
 genibus flexis, capite, manibusque ero-
 ctis; credidit ergo adhuc vivum, & in
 oratione morari, cœpitque & ipse preces
 fundere, sed nulla, sicut nuper adverte-
 rat, audiens orantis suspiria, flens eum
 amplexus, agnovit, se exanimati corpo-
 ris situ fuisse deceptum. Tum mortuum
 involvit, extrahit, hymnosque, & Psal-
 mos ex Traditione Ecclesiæ recitat. No-
 va dolendi materies accessit, quod nihil
 ferramenti effodiendæ terræ a Monaste-
 rio attulisset; dum deliberat an præster
 mane-

SS. Pauli &
 Antonii Hi-
 storia.

manere, vel ad Monasterium recurrere, duo leones jubas concutientes ex ultima eremo passus accelerant; videns Antonius infremuit quidem, sed in Deum confidens, substitit; illi recta ad corpus S. Pauli cursum dirigunt, cauda blandiuntur, & ad pedes ejus procumbunt, rugitum, quasi mœstitiæ signum, edentes; mox unguibus terram eruere, disjectoque sabulo, foveam, quæ commode hominem caperet, paravere; completo labore, ad S. Antonium demissis capitibus accedentes, commotione aurium quasi mercedem petebant, cognovit Antonius quod benedici cuperent, aitque: *Domine! sine cujus nutu nullus passer in terram cadit, da animalibus istis, quod ipsis conducere novisti!* dansque manu signum jussit abscedere. Dilapsis leonibus, corpus sepelivit, & tumulum de more levavit. Sequenti die S. Pauli tunicam, quam sibi ipsi ex palmæ foliis, ea arte, qua corbes texuntur, confecerat, accepit, & tanto spolio tumidus, ad Monasterium remeavit, ubi suis Discipulis, quæ acta erant, omnia ordine narravit. Exinde in festis solemnibus Paschæ, & Pentecostes S. Pauli tunica indutus comparebat.

Sæculum IV.
A. C. 341.

Matt. 10. 29.

Sæculum IV.
A. C. 341.

§. XVII.

S. Hilarionis miracula.

vita S. Hilarionis. c. 19. Sanctus Antonius magno non nunquam perfundebatur solatio, quotiescunque nimirum aliqua de S. Hilarione fama ad eum perferebat; ad hunc Epistolas dante amabat, & accipere; venientibus ad eum ex partibus Syriæ, ut curarentur, dicebat: *Quare tanto itinere vexari voluistis, cum apud vos filium meum Hilarionem habeatis?* S. Hilarion, cum viginti duobus annis in deserto egisset, circa annum 329. miraculis clarescere cepit. Inter prima numeratur sanitas tribus filiis Elpidii, qui post hæc Præfectus Prætorii fuit, prodigiose reddita; is cum filiis, & uxore Aristenete, Christiana, & virtutibus illustri, a S. Antonio, quem inviserat, domum revertebatur; Gazam filios ejus febris tertiana corripuit, tantaque erat vis morbi, ut medici artem suam superari faterentur; afflicta mater ad S. Hilarionem in desertum confugit, asino vecta, quibusdam foeminis, & eunu- chis comitantibus; quamvis viro sancto firmiter propositum fuerit, nullum locum ab hominibus habitatum ingredi, cum tamen mulier rogare non cessaret, venit Gazam, & ad lectos trium puerorum accedens, invocavit Jesum Christum; illico ex his corporibus, febris ar-

Sup. L. X.

§. 10.

c. 8.

dentibus, tanta sudoris copia cœpit ef-
fluere, ut humorem ex fontibus scaturi-
re dixisses; mox cibum capiunt, Matrem
agnoscunt, benedicunt Deum, & viri
Sancti manibus oscula figunt. Hujus
miraculi fama vulgata, populi ex Syria,
& Ægypto certatim ad videndum Hila-
rionem concurrunt, multi Christiana fi-
de imbuti, multi vitam Monasticam am-
plexi. Necdum ulla ea tempestate Mo-
nasteria aut in Palæstina, aut in Syria e-
rant, sed ibi suam originem S. Hilarioni
debent, sicut in Ægypto S. Antonio.

S. Hilarion visum reddidit fœminæ
ex oppido Facidia prope Rinocoruram in
Ægypto; ea, per decem annos cœcitate
afflicta, opes suas omnes in Medico-
rum mercedem expenderat; Huic vir
Sanctus: *Si facultates tuas in pauperes
distribuisses, JESUS CHRISTUS verus Me-
dicus tibi lumen reddidisset*; Tum mulie-
ris oculos conspuens, sanavit. Multos
Energumenos a Dæmonibus liberavit,
atque inter alios, nomine Orionem, qui
ab integra legione torquebatur; is, sa-
lute accepta, ad Monasterium venit cum
uxore, & liberis, maxima dona liberatori
suo afferens, cui Hilarion: *An non legi-
sti, quæ Giezi, & Simoni facti sint, illi,
quod Gratiam Spiritus S. vendere, isti,
quod emere, voluerit?* Atque Orioni cum
fletu dicenti: *Accipe, & da pauperibus,*
respon-

Sæculum IV.
A. C. 341.

Book. Cl. 11.
A. 11. 12.
p. 824.

S. Hilarion

c. 13.
4. Reg. 5.
20. 25.
Act. 8. 10.

Sæculum IV. respondit: *melius hoc ipse facies, qui un-*
A. C. 341. *bes frequentas, & cui pauperes noti sunt.*
Non est, cur alterius bona appetam,
postquam, quæ mea erant, reliqui. Sa-
pe pauperum nomen avaritiæ obtendit.
Simplex charitas est. Nemo melius dat,
quam qui nihil sibi retinet. Oriens
nihilominus inæsto, & sicut in sabulo
procubuerat, perdurante, ait: Noli ma-
vere, fili mi! quod facio, tibi, & mihi
prodest; nam si munera tua accipio, of-
fendam Deum, & Dæmonum legio an-
te revertetur.

6. 15.

Both. Chan.
L. II. c. 12.
p. 824.

S. Hilarion.

Civis quidam Majumensis, cui Itali-
 cus nomen, Christianus, alebat equos,
 in Circo cursu certaturos cum equis cu-
 jusdam Duumviri Gazensis, cultoris Mar-
 næ, erat autem Marnas nomen Idoli Ga-
 zensium, quod Syriace idem, ac generis
 humani Dominum, significat; Italicus,
 sciens ab adversario suo magicas artes
 adhiberi, quibus equorum suorum cur-
 sum retardaret, ad S. Hilarionem veniens,
 opem petebat; venerabili seni absonum
 videbatur, pro causa levicula Deum pre-
 cari, aitque modico risu: Quin magis e-
 quorum tuorum pretium pauperibus ero-
 gas pro animæ tuæ salute? respondit
 Italicus; hos cursus onus esse a Repu-
 blica sibi impositum, cui se subtrahere
 non posset, cumque esset Christianus,
 sibi veneficiis uti non licere, itaque se a

-neglex

Jesu

JESU Christi seruo auxilium expectare
 contra cives Gazenses, Dei inimicos, &
 Ecclesiæ insultantes. Rogantibus pro eo
 fratribus, S. Hilarion scyphum fictilem,
 ex quo bibere solebat, aqua impleri ju-
 bet, & ei dari; Hac aqua, Italicus sta-
 bulum, equos, aurigas, currus, & repa-
 gula aspergit. (*) Magna expectatio-
 ne suspendebatur populus, nam ejus ad-
 versarius, ut esset acerbius irridendi oc-
 casio, quid Italicus fecisset, vulgaverat.
 Dato signo, Italici equos, non pedibus
 terram tangere, sed avolare dixisses, e-
 contra Duumviri Idololatræ pedicis im-
 peditos hædere. Suboritur ingens cla-
 mor, ipsis Paganis dicentibus: Marnas
 a JESU Christo victus est! devicti, pu-
 dore stimulante, tradi sibi Hilarionem
 Christianorum præstigiatores, furiose
 deposcebant, ut punirent; at multi Infi-
 delium ad fidem conversi sunt. Vir fan-
 ctus puellam quoque Gazensem libera-
 vit, quam juvenis ad se redamandum fa-
 scino coegerat, quippe tabulam cupream,
 cui verba peregrina, & figuræ portento-
 sæ impressæ, & filorum implexorum cir-
 rum

Sæculum IV.
 A. C. 341.

(*) Ex his Aquæ benedictæ usus probatur,
 contra Interpretem nostrum, dicentem, ejusmo-
 di Cæremonias esse recentioris superstitionis
 partus.

Sæculum IV. rum sub januæ limine deposuerat; his
A. C. 341. Dæmon alligatus esse putabatur, at S. Hilarion puellam sanavit, non passus juu-
 nem quæri, aut maleficii signa; dicebat non necessarium videri debere, pactum tolli, antequam Dæmon ejiciatur, nec hujusmodi verbis aut figuris, semper fallacibus, fidem habendam.

6. 17.

S. Hilarionis fama usque ad Imperatoris Constantii aulam pervaserat; Prætorianorum aliquis, ex eorum numero, quos propter vestimentum candidum, quod gerunt, Candidatos dicunt, ad eum venit, ut a Dæmone liberaretur, qui eum ab ineunte ætate cruciabat. Imperator proficiscenti vehicula publica concessit, & litteras dedit ad Palæstinæ Consularium; advenit ergo cum frequenti comitatu, namque Prætoriani, Principis lateri adhærere soliti, omnibus in honore erant, & Centurionem adiens, quærebat, ubi Monachus Hilarion haberi posset? statim incolæ eum illuc deducunt, tum ut sciret, se honorari, tum etiam, ut S. virum mitigarent, quem durius offenderant, credebantque, Prætorianum ideo missum, ut hujus delicti pœnas exposceret. S. Senex in arena deambulabat, Psalmos recitans, dumque vidit tantam pompam ad se accedere, substitit, salutavit omnes, & manum levans, benedixit. Post horæ spatium cœteris omnibus dimissis;

missis, solum Candidatum cum mancipiis suis, & ministris comitantibus retinuit, jamque ex vultu, & oculis, cur advenisset, intellexerat. Erat ille natione Francus, quod ex nitido oris colore, & alba Cæsarie notabatur, nullam linguam præter latinam, & nativam, quæ erat Germanica, callens. Dum eum Sanctus Syriace alloquitur, statim ita erigitur, ut vix pedibus terram attingeret, & horrendum vociferans Syriace, & Dialecto Palæstinæ respondit, accentum, & aspirationes accurate pronuntians; tum ipsum Hilarion etiam Græce interrogat, ut ab Interpretibus suis, non nisi hanc linguam, & latinam doctis, intelligeretur; edixit Dæmon, quomodo in hominem intrasset, seque operationibus magicis illuc adactum credi volebat; at S. Hilarion: *Nihil interest, quomodo intraveris, sed in Nomine D. N. J. C. impero tibi, ut exeas!* Francus itaque liberatus, ut erat vir simplex, S. Hilarioni decem auri libras solvere parabat, cui ille panem hordeaceum dono dedit, inquit: *Qui tali pane vivere contenti possunt, aurum vestrum non pluris, quam terræ lutum æstimant.*

§. XVIII.

S. Hilarion suos visitat.

Sancti Hilarionis exemplum innumeram Monasteriorum multitudinem in omnem

Sæculum IV.
A. C. 341.

c. 9.

c. 22.

Sæculum IV.
A. C. 341.

c. 20.

omnem Palæstinam invexit, hæc ipse ce-
tis ante vindemias diebus visitare con-
sueverat, namque Monachi isti colenti-
vites exercebantur. Omnes fratres
trem, Monasteria visitantem, comitaba-
tur, portantes annonam, qua subsistere
non nunquam ad duo millia conveni-
bant; sequenti tempore oppidani luben-
animo vicinis, & notis Monachis victum
pro sanctis hospitibus conferebant. S. Hi-
larion nec fratrum minimum neglectum
præteribat, visitationis commentarium
scribebat, ut sciret, ubi de more dire-
tendum, ubi transeundum esset. Cum
semel visitando transfret, venit Eleuth-
in Idumæa, ea die, qua totus populus in
Templo Veneris ad celebrandum ejus so-
stium erat congregatus; nam Saraceni
hanc Deam propter Planetam ejusdem
nominis adorabant. Quia S. Hilari-
e multis obsessis illius Regionis Dæmo-
nes expulerat, cum eum transire scirent,
turmatim processere Sancto obviam, cum
uxoribus, & liberis, inclinantes capita
& clamantes *Barec*, id est Syriace: Be-
nedic! ipse lenitate, & humilitate Chris-
tiana omnes recipiebat, obsecrans, ut
verum Deum adorare mallent, quam la-
pides. Simul oculis in Cælum elevatis,
lacrymis difflebat, &, si in Jesum Chris-
stum crederent, sæpius se venturum pro-
mittebat; illi a se discedere passim non sunt,

antequam Ecclesiæ ædificandæ typum in charta designasset, & Sacrificulus eorum, sicut erat profane coronatus, Christianorum Catechumenis fuisset adscriptus.

Sæculum IV.
A. C. 341.

§. XIX.

Epistola S. Athanasii ad Orthodoxos.

Interea S. Athanasius litteras circulares ad omnes Episcopos Orthodoxos scripsit, ut scirent, quibus auxiliis Gregorius Sedem suam invasisset. In his initium ducit ab Historia illius Levitæ, qui uxoris suæ, usque ad mortem vexatæ, corpus, in duodecim partes concisum, ad singulas Israelis tribus transmisit. Præsentem persecutionem temporis illius scandalo æquiparat, hortaturque omnes Episcopos, ut in hac calamitate Ecclesiam non desintuant, sed animos, & vires uniant, nec disciplinam labefactari, & fidem corrumpi patiantur, *Utraque enim, inquit: periclitatur, nisi Deus cito tantorum criminum pœnas vestro Ministerio exposcat. Non heri primum Ecclesiæ Canones dati, sed eos a Patribus nostris sapienti, & firma traditione accepimus. Sed nec fides nostra heri nata, quæ a Domino per Discipulos ejus ad nos pervenit. Ne igitur, quæ a principio in Ecclesiis hucusque conservata sunt, in diebus nostris,*

Athan. to. I. p. 943.

Judic. 19. 39

Hist. Eccles. Tom. III. Dd stris,

Sæculum IV. *stris, & culpa nostra pereant, & coram*
A. C. 341. *quæ nobis commissa sunt, ratio a nobis*
exigatur, exsurgite, Confratres mei, et
quam Dispensatores Mysteriorum. De
cum Bona vestra ab extraneis diripi videretis.
Plura ex Epistola hujus lateris discetis,
at contineri non possum, quin vobis
tem compendio rem vobis narrem, ut intelligatis,
nihil unquam simile ab Apostolice Missionis
Salvatoris in hanc usque diem in Ecclesia
auditum fuisse.

p. 944.

Tum de modo, quo intrusus fuerat Gregorius, loquitur, quem ab Eusebio, seu potius ab ipso Eusebio Ariani submissum dicit. Quantum ejus ordinatio in Canones peccet, ostendit, aitque: *Si me accusandi causa fuisset, juxta Canones, & S. Pauli præceptum, congregatus erat populus cum Spiritu eorum, qui me ordinarunt, & D. N. J. C. potestatem omnia rite examinanda coram populo, & Clericis Episcopum sibi dari posset tibus; quis autem ferat, hominem extraneum, hominem, qui Nomen Episcopi pecunia data emit, se ipsum, & judicium sæcularium auctoritate in Ecclesiam fidelium intrudere, qui eum non postulavit, nec noverunt, & nihil eorum omnino, quæ acta sunt, sciunt? hæc tolerare, esse Canones irritos facere, & Gentilibus supplicandi causam dare, quod ordinationes inter nos non juxta aliquam Legem dicitur*

nam fiant, sed ambitu, & ſæculari pote-
 ſtate. Gregorii deinde ingreſſum, vim-
 que, plurimis illatam, ſe ipſum, ut vitam
 ſervaret, fugere compulſum, & perfecutionem,
 quam populus, & Clerici paſſi
 eſſent, ut ad communicandum cum Gre-
 gorio adigerentur, memorat.

His addit: *Ergo Gregorius Arianus*
eſt, & ab Arianis miſſus, nemo enim præ-
ter eos ipſum expetiit; hinc quid merce-
narius eſt, & alienigena populum Catho-
licum, fretus Præfecti potentia, crudeli-
ter habet. Notum vobis eſt, quod Eufe-
biani jam prius Piſtum pro Arianis ordi-
naverint, eumque, poſtquam id ad vos per-
ſcripſeram, ab omnibus, quotquot eſtis,
Catholicis Episcopis fuiſſe rejectum, &
anathematizatum; inde eſt, quod jam Gre-
gorium iisdem Arianis ſubmiſerint, at-
que, ut probrum, ſibi ſecundo ex Epistolis,
quas adverſus eos daturi ſumus, naciitu-
rum evitent, poteſtatem ſæcſlavem in nos
armavere; putant quoque, quia Eccleſias
tenent, ſe ab Arianismi ſuſpicionem poſſe li-
beros eſſe. Sed etiam hac vice ſpe ſua de-
luſi ſunt, nemo enim Gregorium ſequi-
tur, niſi hæretici, aut propter crimina
ſua Eccleſia ejeçti, & qui timore Præfe-
cti diſſimulant. Multo jam tempore Eu-
ſebiani meditantur, & moliuntur pulcher-
rimum facinus!

Sæculum IV.
 A. C. 341.

p. 948.

Sup. S. 4.

Responſio
 Epistolæ

D d 2

Dein-

Sæculum IV.

A. C. 341.

.849.9

p. 950.

S. Athanasii
Epistola.

Deinde, ut causam communem
titer defendant, Episcopos in hunc
dum excitat; *Si vobis, inquit: in Ec-*
siis vestris sedentibus in medio populi,
nulla adversum vos querela, alius sub-
adveniens cum Imperatoris imperio
Cathedram vestram irrumperet, qui
his animus ad rei insolentiam esset?
non iudicum fidem imploraretis? aquo
igitur est, ut iis, qui jam tantum ne
contra Leges Ecclesiasticas ausi sunt,
hementer succenseatis, ne, si dissimuletis
malum alias quoque Ecclesias corrumpat
& sic Pastorale docendi munus in Eccle-
in mercaturam, & negotiationem temp-
ralem transeat. Et inferius: Si anno
periore, antequam hæc omnia contigerint
fratres nostri, qui Romæ sunt, Con-
tilium exposcendum esse existimarunt, quod
jam tum contra Leges acta ulciscerentur,
quanto magis indignari vos oportet,
postquam veteribus erratis nova scelera
accumulata sunt? Sub finem Epistolæ
rogat Episcopos, ne Gregorii litteras,
scriberet, acciperent, sed lacerarent, et
rumque bajulos tanquam homines im-
pios, & ministros iniquitatis spernerent.
Si autem, inquit: vobis scribere audeat
cum formula pacis, id est, non ut E-
piscopus, sed ut privatus Fidelis, nolitis
litteras suscipere, nam qui eas afferunt
non nisi Præfecti timore adacti, id est
ciunt

ciunt. Cavete etiam, ne vos Eusebiani de-Sæculum IV.
 cipiant, qui forte clientem suum apud vos A. C. 341.
 laudabunt. Cæterum quomodo Gregorius
 Arianum se esse veget? cum Ammon ille
 Gregorii epistolas manu sua signet, quem
 Beatus Alexander jam diu propter impie-
 tatem suam Fidelium communione ejecit?
 rogo vos, per quidquid possum, ut mihi re-
 spondeatis, & impios damnetis, sic enim
 Clerus noster, & populus de vestra unione
 lati solatium capient, & rei ad pæniten-
 tiam provocabuntur.

§. XX.

S. Athanasius Romæ.

Sanctum Athanasium Romæ advenien- Athan. ap.
 tem multi primæ nobilitatis amice. p. 677.
 exceperunt, Eutropia Imperatorum affi- 978.
 nis, Abuterius, & Sperantius; Julius Pa- Mart. 7.
 pa aliquando Deo gratias reddere audi- Off.
 tus est, quod sibi concessum fuerit, nosce-
 re tantum virum. Julius Marco Papæ Pagi. an.
 successerat, septima Octobris anno 336 336. n. ib.
 defuncto. Sacra Sedes vacavit menses p. 675.
 quatuor, & Julius 18. Jan. anno 337
 electus fuerat; atque tunc a quatuor
 annis Sedi Romanæ præerat. S. Atha-
 nasius, causæ suæ curam Ecclesiæ relin-
 quens, nihil potius habebat, quam Divi-
 nis interesse Officiis. Quosdam Mona-
 chos secum adduxerat, inter quos erant

D d 3

Ammo-

Sæculum IV. Ammonius, & Isidorus. Ammonius

A. C. 341. curiositatis vitium in se suppresserat,

Socr. IV. nullius ædificii magnificentiam, qua

hist. c. 23. Romana inter omnes reliquas latiffime

sub fin. Pal. celebrabatur, conspicere dignaretur;

Lausiac. c. iam SS. Petri, & Pauli Ecclesiam aditu

I.

Is cum post hæc vi traheretur, Episcopo

ordinandus, fugit, sibi que auriculam

stram abscidit, ut hac difformitate or

Hier. ep. 16. nationem amoliretur. Isidorus in Sacra

ad Princ. litteris doctissimus erat, & Theologus ex

mimus; mansuetudo singularis virum

iam Gentilibus commendabat. Is Pres

byter exinde ordinatus, & Superior

Nosocomio Alexandrino constitutus est.

vixit annos octoginta quinque, quorum

forte vigesimum tertium numerabat, cum

Romam venit. S. Athanasii opera Pro

fessio monastica primo innotuit, eo

tem maxime, quod vitam S. Antonii, tunc

quidem adhuc dum viventis, a se confecta

ptam attulisset. Hactenus vita monasti

ca, tanquam nova, contemptui fuerat.

hancque Matronæ Romanæ penitus igno

rabant; Marcella omnium prima

Epist. Jul. exemplo cæteris viam præivit. S. Atha

ap. Athan. nasius mensibus decem, & octo Roma

p. 748. egit, Eusebianorum adventum frustra ex

Ap. 2. pag. spectans.

739. ad Jo-

lit. p. 816. Interim Julius SS. Pontifex Eusebia

nos litteris, ut Romam venirent, invita

vit, & adessent Concilio, quod eorum

dele

delegati petierant. Certam diem dixit, qua si non comparerent, suspicionem fraudis non effugerent; Julii epistola ad eos solum data erat, quorum litteras ipsi Martyrius, & Hesy chius attulerant, & suo tantum scripta nomine, quamvis omnes Italiae, & vicinarum Provincia- rum Episcopos eadem secum sentire, compertum haberet. Hanc epistolam duobus ex suis Presbyteris Elpidio, & Philoxeni ferendam tradidit, qui eam Eusebianis Antiochiæ adhuc morantibus reddidere. Illi inexpectatum nuntium, Romæ esse Athanasium, valde mirati, facile intellexerunt, futurum Romæ Concilium juxta canones judicaturum, nul- lum ibi Comitem, nullos ad januam mi- lites excubituros, nihil Imperatoris man- data valitura; igitur conscii, quid a Con- cilio legitimo timere meruissent, Romam ire ausi non sunt; Presbyteris, a SS. Pon- tifice missis, ultra terminum in litteris præscriptum apud se retentis, quartam fidei formulam aliquot mensibus, quam priores scripserant, posteriorem compo- suere, in qua nihil aliud expresse, nisi orthodoxum legebatur, vocem tamen consubstantialis suppressere, quamvis non alium sibi finem in condenda hac formu- la, sicut & in prima, proposuisse videan- tur, quam se ab Arianismi suspitione pur- gare.

D d 4

Mar-

Sæculum IV.
A.C. 341.Sozom. 3.
c. 8.Athanas. de
Synod. p.
894. 895.Athanas. ad
solit. p. 813.
Marcell. lib.
ap. Epiph.
hær. 72. n. 2.

Sæculum IV. Marcellus quoque Ancyranus, nup
 A. C. 342. Antiochiæ damnatus, Romam venit, quo
 Epist. Jul. cum Papa communicare non dubitavit
 ap. Athan. quippe, qualis esset fides ejus, ex Con
 p. 751. cilio Nicæno contra Arianos satis confir
 Socrat. II. bat. Is etiam quindecim menses, adve
 c. 15, farios suos exspectando Romæ transegit.
 Præter Athanasium, & Marcellum plures
 Episcopi Thraciæ, Syriæ, Phœnicæ, & Pa
 læstinæ, Presbyteri Alexandrini, & ex
 aliis locis Romam se contulerant; inter
 illos Episcopos recensentur Asclepas Gra
 zensis, & Lucius Andrinopolitanus Ari
 norum factione pressi, & Sedibus suis
 Soz. III. puls. Quisquis Episcoporum oppressio
 c. 8. nem patiebatur, confugium & operam
 SS. Pontifice requirebat, cui Dignitas
 sua & Sedis prærogativa omnium Eccle
 siarum curam suscipiendi tribuebat au
 thoritatem. In hunc modum loquitur
 Sozomenus, & Socrates Scriptores Gra
 eci, atque eo ipso, quod Ecclesiæ Romæ
 adulari voluerint, nullatenus suspen
 di. (*)

§. XX.

(*) Diese Zeilen des Herrn Fleury hat unser
 Protestant, als ein herrliches Zeugniß wider sich
 selbst, und seine Glaubensgenossen, redlich überse
 setzet.

§. XXI.

Sæculum IV.
A. C. 342.

S. Paulus Constantinopoli in Sedem suam reducitur, rursusque pellitur.

Eusebius Constantinopolitanus Concilio Antiocheno non diu supervixit, Epiph. hæc. 69. n. 5. eumque ad summam senectutem devenisse necesse est, si jam tunc provec- Socr. II. c. 12. tatis fuit, cum viginti ante annis Ariana Soz. III. c. 7. hæresis orco emerit. At non simul cum eo Arianorum factio deleta; qui hætenus sub eo adjutores erant, Sectariorum Duces facti sunt Theognis Nicænus, Maris Calcedonensis, Theodorus Heracleensis, Ursacius Singidunensis, & Valens Mur- sensis ex Superiore Pannonia. Eusebio fati functo populus Catholicus Constantinopolitanus Paulum in Sedem suam, qua contra fas omne dejectus fuerat, restituit, Ariani econtra, Theogni, & Theodoro auctoribus, in alia Ecclesia Macedonium ordinarunt. Eo crevit populi in partes divisi ardor, ut seditio Belli civilis speciem haberet, pugnae continuæ non sine cædibus committebantur.

Tanta rerum perturbatio brevi ad aures Imperatoris Constantii delata, adhuc Socrat. II. c. 13. Antiochiæ degentis; & tunc forte Hermogenem Militiæ Magistrum in Thraciam mittebat, huic in mandatis dedit, ut per illam Regionem transiens, Paulum ejiceret. Hermogenes Constantinopolim ad-

Dd 5 veniens,

Sæculum IV. veniens, tumultum auxit, nam cum Imperatoris iussa, vi adhibita, exequi pararet, restitit populus, ut Episcopum clarissimum defenderet, vim vi repulsurus dumque instat Hermogenes, & arma manu Paulum rapere tentat, multitudine plebis, ut fieri solet, in rabiem acta, Hermogenis domui flammam injicit, ipsum crudeliter interfectum, per urbem rapit. Hæc furiose gesta sunt, duobus Imperatoribus, Constantio tertio, & Constante secundo Consulibus, id est, anno 342. Constantius, audita Hermogenis cæde, equum conscendens, relicta Antiochia, Constantinopolim per nives, & imbres contendit, ex quo colligas, quæ hæc hieme acta fuerint; neminem tamen capite multavit, sed populi, senatusque cum lacrymis obviam sibi procedentium miseratus, non graviore pœna in civitatem animadvertit, quam quod mediam frumenti partem, Alexandria advehit soliti, ipsis abstulerit; nempe Pater eius Constantinus civitati Antiochenæ octoginta modios gratis tradendos præceperat, quem numerum Constantius ad quadraginta reduxit; at Paulum urbe expulit, nec tamen Macedonii Electionem confirmavit, offensus, quod, suo consensu non requisito, fuisset ordinatus, quodque ipsum non minus ac Paulum seditionis causam fuisse sciret; eum igitur tantum

Litan. Basilit. p. 128.

non urbe expulit, sed eum in Ecclesia, Sæculum IV.
 qua ordinatus fuerat, conventus agere A. C. 342.
 passus, ipse Antiochiam rediit.

§. XXII.

Concilium Romanum.

Eusebiani, quibus, mortuo licet Eusebio,
 diu nomen hæsit, adhucdum Antio-
 chie congregati, Elpidium, & Polixenem Athan. Ap.
 P. 744.
 Papæ legatos detinebant; remisere tan-
 dem mense Januario cum epistola, qua Epist. Jul.
 ibid. p. 740.
 excusabant, Romam se proficisci non
 posse ob bellum contra Persas imminens,
 viæ longitudinem, & præscripti ad ve-
 niendum temporis brevitatem; quere-
 bantur deinde novum Concilium convo-
 cari non sine præteritorum injuria, in
 quibus de iisdem jam causis tractatum
 fuisset; nempe in Concilio Tyriensi con-
 tra S. Athanasium, & Constantinopolita-
 no contra Marcellum Ancyranum, & aliis.
 Improbant etiam, quod Papa ad Commu-
 nionem admisisset duos Episcopos, qui
 (ipsorum opinione) erant condemnati.
 Ecclesiæ Romanæ Primatum agnosce-
 bant, adjecta adnotatione, quod Evange-
 lii Prædicatio in Oriente exordium sum-
 perit. Æqualem esse Episcoporum po-
 testatem dicebant, quæ ex urbium magni-
 tudine æstimari non deberet. Totius epi-
 stolæ stilus astutiam, illusionem, conten-
 tionem,

Sæculum IV.
A. C. 342.

tionem, & puerilem eloquentiæ jactantiam redolebat. Elipidius, & Philoxenes Romam redeuntes hanc epistolam retulerunt, afflicti vehementer, ob perverſam agendi rationem, quam Antiochiæ expectati erant, & vulgata crimina Alexandria commiſſa.

*Athan. ad
Solit. 818.*

Socrat. II.

Soz. III.

*Athan. Ap.
p. 739.*

Julius Papa acceptam Orientalium epistolam, omnibusque serio pensatis, occultam eam tenuit, quod speraret, quosdam ex illo orbe mittendos esse, sicque hanc epistolam premi posse, sciens, quantum, hac epistola in vulgus miſſa, aliqui Romæ existentes dolituri essent. Tandem, cum certo constaret, Orientales non venturos, Concilium ferme quinquaginta Episcoporum convocavit, in quo S. Athanasii, aliorumque, qui Eusebianos accusatum venerant, causa ageretur. S. Paulum quoque Constantinopolitanum, ab Imperatore depulsum adfuisse ferunt. Concilium Romæ in Ecclesia celebratum, ubi Vitonus Presbyter populum convocare consueverat, id est, secundum nostrum hodie dicendi modum, ubi erat Parochus. Idem Presbyter Vitonus unus eorum est, qui in Concilio Nicæno a S. Papa Sylvestro miſſi, legatione functi fuerant.

S. Athanasii causa denuo in hoc Concilio examinata; quæ Pontifex cum Eusebianis egerat, approbata, nempe epistola

stola per Elpidium, & Philoxenem ad eos ^{Sæculum IV.} missa, & longa patientia, qua SS. Ponti- ^{A. C. 342.} fex eorum adventum expectasset. Quod venire renuissent, postquam per legatos Concilium celebrari petierant, omnibus merito suspectum fuit; at cum eorum epistola publice fuisset prælecta ingens admiratio omnes, quosdam etiam dubitatio corripuit, an hæc epistola ab Episcopis proficisci potuisset, a spiritu simplicitatis & charitatis Ecclesiasticæ tam aliena? contra epistola Concilii ante duos ^{Sup. S. S.} annos Alexandriae coacti, in quo S. Athanasius testimonio centum Episcoporum absoluebatur, plurimum valuit. Plures alii Episcopi, Presbyteri, & Diaconi ex Mareotide, aliisque locis Romam venerant, S. Athanasii causam defensuri; hi Eusebianorum Tyrannidem, & ea præprijis, quæ, dum Gregorius Episcopatum invaserat, multi passi erant, recensentes, omnium animos miseratione implebant, etiam epistolas Episcoporum, & Presbyterorum Ægypti afferebant, querentium, quod Romam ad Concilium ire volentes, prohibiti fuerint. Hæc omnia valde S. Athanasii causæ favebant.

Quod autem rei caput, nulla eorum, de quibus accusabatur, argumenta afferebantur. Arsenius, quem occidisse dicebatur, inter vivos erat. Nullum altare eversum fuerat, aut confractus calix
in

Sæculum IV. in domo Ischyrae, quod propria ejus confessione patebat, & ex inquisitionibus, quas ipsi accusatores in Mareotide fecerant, miserantque ad SS. Pontificem, quippe earum nullitas ex sola lectione apparebat. Itaque judicium Concilii Tyriensis, cui Antiochenum innitebatur, justitiæ, & Canonibus adversum pronuntiatum, S. Athanasius innocens declaratur, & in Ecclesiæ Communione ut Episcopus legitimus confirmatur.

§. XXIII.

Professio Fidei Marcelli Ancyрани.

Epiph. hæc. 72. n. 2. Epist. Jul. ap. Athan. apol. 2. p. 750. **M**arcelli Ancyрани quoque causa examini subjecta; & verosimiliter in hoc Concilio lectus est commentarius, quem ad modum epistolæ Papæ inscripserat, presenti, ut fidem suam explicaret. Erat autem hoc scriptum ejusmodi tenoris: *Sanctissimo meo Collegæ Julio in Jesu Christo Salutem! Cum aliqui ex illis, qui ob errores suos in fide condemnati fuerunt, quosque in Concilio Nicæno erroris convicti, me criminari veriti non sint, & ad tuam Sanctitatem scribere, sensa mea Ecclesiæ fidei esse contraria, necessarium duxi, ut Romam venirem, teque rogarem, ut illi quoque advocentur, quos præsentem convincam, falso me ab illis accusatum, ipsos vero in pristina hæresi perseverare, atque*

inaudita contra Ecclesias, nosque Ecclesia-
 rum Rectores, ausos fuisse. *Ipsi interim* Sæculum IV.
A. C 342.
 comparere noluerunt, quamvis Presbyte-
 ros ad eos miseris, & ego quindecim men-
 sibus integris Romæ expectaverim; igitur
 antequam revertar, fidei meæ profes-
 sionem manu mea scriptam in omni veri-
 tate tibi trado, qualem ex Divinis Scri-
 pturis didici, & sermonum eorum falla-
 cias, quibus auditores suos seducunt, tibi
 ante oculos pono.

Deinde Marcellus adversarios accu-
 sat, quod dicerent; Dominum nostrum
 Jesum Christum non esse verum Dei Ver-
 bum, sed dari aliud Verbum, aliam Sa-
 pientiam, aliam Virtutem, per quam ipse
 factus, Verbum, Sapiaentia, & Virtus di-
 ctus esset. Hinc ei aliam hypostasim, ab
 hypostasi Patris distinctam tribuebant.
 Dicebant Patrem Filio præexistere, nec
 eum aliter de Deo esse agnoscebant, quam
 sicut omnes alias Creaturas; tempus fu-
 isse, in quo non existerit, eumque Dei cre-
 aturam esse, & opus. Ego vero, inquit:
 credo unum Deum, & Filium ejus unicum,
 Verbum, semper coexistentem Patri, cui
 non est existentiae initium; qui vere de
 Deo est, non creatus, non factus, sed sem-
 per existens, & semper cum Deo Patre
 regnans. Ipse est Filius, Virtus, Sapien-
 tia; proprium, & verum Dei Verbum,
 Dominus noster Jesus Christus. Et infe-
 rius:

Sæculum IV. riuſ: *Ex SS. Scripturis doctis sumus, De*
 A. C. 342. *vinitatem Patris, & Filii eſſe indiviſi-*
ibid. n. 3. *lem, nam ſi quis ſeparet Filium, id eſt*
Verbum, a Deo omnipotente, neceſſe eſt
ut duos Deos credat, quod a vera Doctri-
na alienum eſt, aut confiteatur, Verbum
non eſſe Deum, quod nihilo minus a ſan-
Catholica abhorret, dicente Evangeliſta
 & *Deus erat Verbum. Ego certiffimum*
 Joan. I. *neo, Filium eſſe Virtutem Patris inſe-*
rabilem, & indiviſibilem, cum J. E.
 Jo. 14. 10. *Chriſtus ipſe dicat: Pater in me eſt, &*
ego in Patre ſum. Et iterum: Pater, &
ego unum ſumus. Item: qui videt me
 Jo. 10. 30. *videt & Patrem. Hæc eſt fides, quam*
SS. Scripturis hauſi, & a Patribus noſtris
Spiritualibus accepi. Hanc in Eccleſia Do-
prædico, hanc modo tibi ſcriptam tradidit
aliud exemplum apud me reſervo, & rog-
te, ut ejus deſcriptionem in epiſtola, quam
ad Episcopos daturus eſ, inſeras, ne forte
aliqui, quibus animi mei ſenſa ignota ſunt,
calumniatoribus meis fidem adhibeant, &
decipiantur. Talis fuit Marcelli Ancyra-
ni commentarius.

§. XXIV.

Julii Papæ epiſtola.

Ap. Athan. *C*oncilio Romano hæc Marcelli profes-
 Apol. 2. p. ſio ſatisfecit; ſimulque Athanaſius
 736. & to. 2. Marcellus, & Aſclepas innocentes, male
 Conc. p. 193. damnati.

damnati, & sine causa depositi pronun- Sæculum IV.
tiantur. Credibile est, etiam alios Epis- A. C. 342.
copos, qui advenerant, ut de illatis sibi Sozom. III.
injuriis quererentur, fuisse restitutos. c. 5. ib. c. 6.
Omnium vero consilio audito, Julius Pa-
pa ad Orientales scripsit in hunc modum:
Julius, Danio, Flaccillo, Narcisso, Euse-
bio, Mari, Macedonio, Theodoro, aliisque,
qui Antiochia ad nos scripserunt, fratri-
bus nostris in Domino nostro Salutem!
Danius, seu Dianeus, qui hic primus po-
nitur, erat Episcopus Cæsareæ in Cappa-
docia. Eusebius iste verosimiliter est
Episcopus Emesinus. Post hoc exordium
sequens est epistolæ tenor: *Litteras ve-*
stras, quas mihi Presbyteri mei Elpidius,
& Philoxenes attulerunt, legi, & satis
mirari non potui, quod mihi, in charita-
te, & simplicitate cordis scribenti, stilo
baud sane congruo, verbisque contentio-
nem, fastum, & sæcularem jactantiam
sapientibus, responderitis, talia a fide
Christiana sunt alienissima; cum in cha-
ritate vobis scripserim, simili charitate,
& non in Spiritu dissensionis respondere
vos oportuit; quid enim, an non chari-
tate urgente nisi ad vos Presbyteros, ut
afflictis compateremur? & illos, qui mihi
scripserant, ut venirent, hortatus sum, ut
arumnæ fratrum nostrorum, & accusa-
tiones, contra vos allatæ, finem habe-
rent?

Hist. Eccles. Tom. III.

Ee

De-

Sæculum IV

A. C. 342.

p. 740.

Deinde subjungit: *si, qui vestram epistolam dictavit, vanam Rhetoricæ laudat aucupatus est, haud sane viro Ecclesiæ digna cogitavit. In negotiis Ecclesiæ verborum ostentatione agendum, sed canonibus Apostolicis, maxima adhibita curæ ne cuiquam scandalo simus. Si quæ gloria, & contentiones inter tales, quibus curta supellex, exortæ, huic epistolæ vestræ causam dederunt, at non debebat super iracundiam eorum occidere, aut iracundiam ita coercere oportebat, ne in litteris publicis appareret. Quid enim invenisset in epistola mea, cur irascamini? an quod vos ad Concilium invitaverim? multo magis gaudere vos decuisset; nam qui de peccatis suis securi sunt, ea ab aliis examinari non succensent, nec timent, ne lata sententia, semel justa, naturam exuat. Hoc magnum Concilium Nicænum permisisse, & unius Concilii Decreta in sequenti ad examen revocari possint, sicque iudices futurorum latæ suæ sententiæ iudicium timentes, majori sollicitudine in causæ æquitatem inquirent, & tandem ne partes animo, pravis affectibus in transversam aliam pronuntiatum fuisse credere possint. Hoc regulam honeste rejicere non potestis, non quod semel in Ecclesia in consuetudinem transiit, & a Conciliis confirmatum est, a paucis aboleri non debet.*

Julius

Julius Papa ulterius Eusebianis ex-
 probrat, quantum sanæ rationi adver-
 sentur, dum invitatos se ad Concilium
 queruntur, quod tamen ipsi per suos De-
 legatos Macarium Presbyterum, & Dia-
 conos Martyrium, & Hesygium postu-
 lassent, tunc, cum a legatis Athanasii con-
 victi, erubescere coacti fuissent. Inde
 transit ad aliam querelam, quam Eusebia-
 ni moverant; dicebant, quæcunque in
 aliquo Concilio rata fuissent habita, in
 nullo alio infirmari posse debere, probro-
 sum esse judici, si alio judicio ejus sen-
 tentia ad trutinam revocetur; hæc di-
 cendi causa erat, ut Concilia sua Tyrien-
 se, & Constantinopolitanum defende-
 rent; ad hæc autem Julius respondebat:
*Attendite fratres mei, ego vobis ostendam,
 quinam illi sint, qui Concilio probrum in-
 tulerint, quinam latam sententiam con-
 tempserint, & ne quemquam nominem, ea
 solum referam, quæ nuper facta sunt, & sine
 audientium horrore percipi nequeunt; Ari-
 ani, ab Alexandro Episcopo Alexandrino
 felicitis memoriæ expulsi, non solum in singu-
 lis civitatibus excommunicati, sed etiam ab
 universo Concilio Nicæno anathematizati,
 quorum crimen maximum est, cum non in
 hominem peccent, sed in Jesum Christum
 Filium Dei viventis, isti, inquam, Ariani
 abjecti, & in tota Ecclesia infames, tamen
 bodie a quibusdam in communionem recipi*

Sæculum IV.
A. C. 342.

Sup. S. IV.

p. 742.

S. Julii
Epistola.

Sæculum IV. dicuntur! non puto, vos ipsos sine indignatione hæc audire posse. His addit S. Je-

A. C. 342. lius; a Gregorio intruso Episcopo Alexandrino ad se Romam missos esse Campanam, aliosque Arianos manifestos, atque iterum, ipsos eorum Delegatos Marcellinum, Martyrium, & Hefychium persuadere voluisse, ut Pisto in pace haberet, quem ante Gregorium ad Cathedraliam Alexandrinam destinaverant; inquit: quæso! edicite! quinam illi sunt, qui Conciliorum auctoritatem vilipendunt? illi certe, ut ego quidem existimo, qui trecentorum Episcoporum suffragia nihil faciunt; nam quis nescit, Arianorum heresim ab omnibus orbis terrarum Episcopis damnatam, atque proscriptam? plures autem sunt, qui Athanasii, & Marcelli fidem ore, & calamo defendunt. Testimonio proborum virorum tenebamus, Marcellinum in Concilio Nicæno Arianis virili constantia obstitisse, Athanasium in Concilio Tyriensi ne quidem fuisse condemnatum, & in Mareotide, ubi in facta ejus inquisitione agunt, non fuisse præsentem; non ignorantis autem, Chari fratres! ea, quæ in partibus unius absentia sunt, nulla esse, & suspecta. Hæc omnia cum scirem, nihilominus, ut veritas clarius eluceret, nec præjudicio contra vos, aut contra eos, qui illorum causæ faventes nobis scripserunt, locus esset, omnes huc ad nos vocavimus, ut

omnia

omnia in Concilio matura deliberatione Sæculum IV.
pensarentur, ne aut innocens condemnare- A. C. 342.
tur, aut absolveretur reus.

Nemini mirum videatur, quod Papa, ad Eusebianos scribens, Arianos depingat tanquam hæreticos, quos omnes Boni rejicerent, & abominarentur, id enim ipsi Eusebiani aperte negare non audebant, & quamvis eorum factio vires omnes ad hanc hæresin restituendam, seu potius conservandam conferret, maxima tamen solertia cavebant, ne Arianos se dicerent, aut interrogantibus faterentur. Id ex prima fidei formula, quam Antiochia in festivitate Dedicationis professi fuerant, dignoscitur. Illo tempore nihil aliud sibi esse propositum, videri volebant, quam condemnationem Athanasii, Marcelli, aliorumque inimicorum suorum urgere, atque, ne in suas Sedes reponerentur, prohibere.

S. Julii Papæ
Epistola in
Eusebianos.

Eusebiani, ut Conciliorum auctoritatem extollerent, exempla eorum, a quibus Novatus, & Paulus Samofatenus damnati, adduxerant; ad hæc SS. Pontifex respondet; His exemplis Concilii Nicæni auctoritatem firmari, & Arianos, ab hoc Concilio damnatos, non minus hæreticos esse, quam Novatiani, & Paulianistæ essent. Aliud etiam facinus in Concilium Nicænum ausos esse, objicit, nempe transtulisse Episcopos; utque confundat,



Sæculum IV. in eos ipsos, quæ ad Ecclesiæ Romanæ
 A. C. 342. extenuandam auctoritatem producerant,
 retorquet. *Si vere creditis*, inquit: *dignitatem*
Episcopalem ubique æqualem esse
fallique eos, qui ex amplitudine urbis, quo
quisque sedet, Episcopi potestatem metiri
volunt, illum, cui modica Ecclesia com-
missa fuerat, in ea relinquere oportebat
ipsumque non transire ad alienam; non
oportebat, inquam: Ecclesiam a Deo
traditam, imo Deum ipsum, qui tradidit
erat, contemnere, ut vanam hominum glo-
riam captaret.

De temporis brevitare, intra quod ad
 Concilium venire debuissent, querentibus,
 respondet; inanem esse excusationem,
 cum ne quidem se in viam dedissent,
 suosque Presbyteros usque ad mensum
 Januarium fuisse detentos; argu-
 mentum ergo esse, quod causæ suæ diffi-
 derent. Querebantur præterea, quod
 soli Eusebio, & non magis sibi omnibus
 scripsisset; ad hoc ait, se illis solis respon-
 disse, qui prius ad se scripserant, & subi-
 jungit: *sciendum autem vobis est, quare*
solus scripserim, non tamen scripsisse ex
mea unius sententia, sed omnium Episco-
porum Italiæ, & vicinarum Regionum;
nolui ab omnibus petere, ut scriberent, in
eis, ad quos scribebam, tanta litterarum
copia molestus essem. Interim tamen Episcopi
dicta die advenerunt, & in eandem con-
senserunt.

sensere sententiam. Ex his colligitur, Sæculum IV. hanc Julii Papæ epistolam Concilii Ro- A. C. 342. mani Decretalem esse, in qua non sibi soli definiendi auctoritatem attribuit. (*)

§. XXV.

Continuatio epistolæ Julii Papæ.

His discussis S. Julius ad summam rei venit, probatque, se non temere, p. 745. sed juxta æquitatis leges S. Athanasium, & Marcellum Ancyranum in suam Communionem recepisse; *Eusebius*, inquit: *prior mihi scripsit contra Athanasium, vos ipsi nuperrime scripsistis; at altera ex parte plures Episcopi Ægypti aliarumque Provinciarum pro ipso ad me scripserunt; litteræ, quas ad me dedistis, non constant sibi, posteriores prioribus contrariæ sunt, nihil probant. Præterea vos vultis, ut fides vestris litteris habeatur, quare autem eadem fides contraria scribentibus de-*

Ee 4 *nege-*

(*) Ad hunc locum dicit Anonymus I. virtute Potestatis, a Jesu Christo S. Petro concessæ, factis Auctoritatis esse Papæ, ut solus ea præcipiat, quæ ad Ecclesiæ Regimen pertinent. Quæstio delicate tractanda! interim istud ex universa Historia Ecclesiastica liquet, SS. Pontifices in causis majoris momenti S. Pauli dictum observasse; multa mihi licent, sed non omnia expediunt, I. Cor. 6, 12.

Sæculum IV. *negetur? & Athanasium defendentibus*
A. C. 342. *cum multo magis fidem mereantur quæ*
vobis in remota Regione degentibus, &
in iisdem locis sunt, quæ acta sint, sciunt
virum ipsum noverunt, de moribus ex
testantur, & affirmant, quæcunque con
tra Athanasium afferuntur, mendacia &

Sup. l. XI. & calumnias. Hic factum Arsenii expo
S. 46. 47. nit, & moratur longius in facto Ischyra
49. quod jam superius memoratum; ostendit,

p. 747. Calumniatores esse Eusebianos, et
ipforum inquisitione in Mareotide pro
bari; non omittit extollere ineptiam Euse
centium, Ischyram (ex morbo retro pe
nuam parvi cubiculi decumbentem) tunc
Sacrificium obtulisse, cum tamen ad hoc
munus stare ad altare debuisset; nec mi
nus absurdum, quod rei testem adduce
rent catechumenum, cum hora oblatio
nis omnes Catechumeni dimitti solerent.

750. Obstupuimus, inquit: dum vidimus in
quisitionem de Calice, de mensa Sacra ag
tatam in præsentia Præfecti, & cohortis,
coram Gentilibus, & Judæis, nec ad
duci potuissimus, ut talia crederemus, nisi
acta publica fidem facerent. Exclusis
Presbyteris, legitimis Sacramentorum Mi
nistris, coram iudice sæculari, Catechume
nis præsentibus, &, quod multo pejus, co
ram Gentilibus, & Judæis insensissimis
Nonnullis Christiani hostibus judiciales qua
estiones de corpore, & sanguine Jesu Christi

si formantur. Si crimen admissum fuis- Sæculum IV.
set, legitime in Ecclesia, a viris Eccle- A. C. 342.
siasticis perquirendum erat.

Uterius de illegitima Gregorii ordi-
natione agens, Videamus, inquit: quis-
nam ex nobis Canones transgressus fue-
rit? nos, qui virum, innocentem proba-
tum, recepimus? an illi, qui Antiochiæ,
urbe triginta sex dierum itinere distan-
te, homini extraneo Nomen Episcopi
tribuerunt, & cum militum præsidio
Alexandriam miserunt? id autem, cum
Athanasius in Galliam mitteretur, non
factum; fieri tamen oportuisset, si vere
fuisset condemnatus. Interim ex Gal-
lia rediens Ecclesiam suam vacantem in-
venit, & receptus est. Modo, qua ra-
tione omnia peracta fuerint, nescio. Et
primo quidem, postquam scripseramus, con-
vocandum esse Concilium, futurum hoc
judicium anteverti non debuerat. Hic
Concilium Antiochenum fuisse præcipi-
tatum reprehendit. Deinde pergit: Tam
peregrina agendi ratio in Ecclesiam non
erat inducenda; quis enim quidquam si-
mile in Canonibus, aut Traditione A-
postolica inveniat? ut tranquilla Ecclesie
pace, tot Episcopis cum Athanasio Epis-
copo Alexandrino communicantibus, il-
luc quidam Gregorius alienigena mit-
tatur, ibi non baptizatus, ignotus om-
nibus, nec a Presbyteris, nec ab Episco-
pis,

p. 748.

Sæculum IV. *pis, nec a populo postulatus, Antiochie*
 A. C. 342. *ordinatus, & Alexandriam missus, non*
cum illius civitatis Presbyteris, aut Dis-
conis, aut Ægypti Episcopis, sed cum mi-
litibus? Hæc quippe illi, qui huc ad nos
venerunt, narrant, & deflent. Etiam
si Athanasius post actum Concilium in-
ventus fuisset reus, tamen alius contra
Leges, & consuetudines Ecclesiæ non fui-
set ordinandus; sed Episcoporum illius
Provinciæ fuisset, ex ejusdem Ecclesiæ
Presbyteris, vel Clericis virum ordinan-
re. Quæso! si cui ex vobis tanta inju-
ria illata fuisset, an non Ecclesiæ auctori-
tatem in remedium vocaretis? Char-
fratres! in veritate loquimur, & coram
Deo! ista agendi ratio nec legitima, nec
Vivis sanctis, nec Ecclesiasticis digna fuit.
 Hic Electionis Regulas teste hoc S. Papæ
 habemus.

p. 750.

Ad causam Marcelli Ancyрани tran-

S. Julii Papæ
Epistola.

siens, testatur, fidem ejus sibi integre pro-
 bari, atque Ecclesiæ Catholicæ esse con-
 formem; tum subdit: *Affirmat nobis,*
semper eandem sibi fuisse mentem, &
Presbyteri nostri, qui Concilio Nicæno
interfuere, ipsum esse Orthodoxum testato-
ti sunt. Et mox ait; eadem fuisse peccata
Ancyrae, quæ Alexandriae, quod Mar-
cello, aliisque referentibus didicisset.
 Tum sic prosequitur: *Accusationes, con-*
tra aliquos ex vobis (ego enim neminem

p. 751.

nomi-

nomino) ad nos perlata, ita atroces sunt, Sæculum IV.
A. C. 342.
ut eas chartæ committere permoveri non
potuerim, sed forte hæc aliunde vobis no-
ta. Hæc præprimis causa fuit, cur scri-
pserim, & vos, ut adveniretis, invitave-
rim, ut hæc vobis oretenus communica-
rem, & quæcunque errata essent, emen-
darentur. Hæc quoque vobis incitamen-
to sint, ut veniatis, quod si facere recusa-
tis, nemo non merito suspicabitur, pes-
simam esse vestro ipsorum iudicio cau-
sam vestram, quam defendi posse despe-
retis.

Tandem hortatur, ut tantis malis p. 753.
tollendis adlaborent, & inter alia, *Fra-
tres mei!* inquit: hodie Ecclesiastica ju-
dicia non amplius secundum Evangelium
pronuntiantur, jam ad exilium, ad mor-
tem tendunt. Si Athanasius, & Marcel-
lus rei fuere, nobis omnibus scribendum
erat, ut iudicium ab omnibus approba-
retur; Episcopi, & integræ Ecclesiæ
premebantur, nec Ecclesiæ vulgares, sed
tales, quas Apostoli per se rexerunt.
Quare ergo præcipue in causa urbis A-
lexandrinæ nihil ad nos relatum? An
ignorare potuistis, consuetudinem postu-
lasse, ut nobis statim scriberetis, unde
& causæ definitio petenda erat? (*) Si
ergo

(*) Eximium pro Auctoritate Romanæ Ec-
clesiæ

Sæculum IV. ergo tantæ suspiciones in Episcopum
 A. C. 342. lius loci cadere potuerunt, ad nostram
 Ecclesiam erat recurrendum. Nunc cum
 nemo nobis causam exposuerit, & omnia
 pro lubitu vestro confecta jam sint, ali-
 que cognitione causæ noster consensu
 petitur. Non hæc sunt Regulæ, quæ
 Paulus præscripsit, non hæc Patrum
 suororum Traditio est, nova sunt omnia.
 Rogo, ut boni consulatis, propter utili-
 tatem publicam vobis scribo; quod a
 Beato Apostolo Petro didicimus, decla-
 ramus vobis, & hoc ipsum ab univer-
 sis ita cognitum esse credo, ut ne qui-
 dem hoc scribere necesse esse putassem,
 quæ facta sunt, non contigissent. No-
 tanda hic sunt, quæ Julius Papa de judi-
 ciis Ecclesiasticis, & Auctoritate Roma-

clesiæ in Ecclesias Africæ Testimonium! Hinc
 frustra est, Auctor Libelli de mala Fide, dum ad
 hunc numerum Fleurium arguit, quod aliqua
 SS. Pontificis Auctoritati faventia omiserit, cum
 istud, & alia similia, quæ ex S. Julii Epistola ex-
 cerpsit, sufficiant. Tum P. Balduinus iterum
 ad diversos Libros, & Numeros digreditur sine
 ullo ordine; sed quia nihil novi affert, non est
 operæ pretium diutius inquirere. In hac etiam
 Reflexione sua P. Balduinus de Decretalibus pri-
 morum Sæculorum tanquam Authenticis men-
 tionem facit. An erudite pronunciet, Erudi-
 torum iudicium esto!

næ Ecclesiæ dicit, sine qua maximi momenti causæ, qualis est, Episcoporum primarum & Apostolicarum Sedium depositio, definiri non possunt. At simul observandum, quod hanc auctoritatem non sibi soli tribuat, sed suæ Ecclesiæ; verba etiam illa: Nobis omnibus scribendum erat, latius extendi videntur, nempe ad omnes Italiæ Episcopos, aut forte totius Occidentis, mos quippe erat in gravissimis causis eorum consilium exquirere, teste S. Ambrosio Episcopo cum aliis Italiæ Episcopis in aliqua Epistola quadraginta abhinc annis ad Imperatorem Theodosium Magnum data. Illud evidenter apparet, Judiciorum Ecclesiasticorum vim in consensu universali constituisse. Julius Papa Epistolam claudit sine ullis minis, rogans Orientales, ne ultra simile quidquam admittant, sed magis contra horum malorum Auctores scriberent, *Ne vos ipsos, inquit: Gentilium ludibrio exponatis, ante omnia vero, ne Dei Vindicis iram provocetis, cui omnes, & singuli in die judicii rationem reddere cogemur.* Non aliud exemplar primævum habemus hujus Epistolæ, quam Græcum a S. Athanasio relatum, cumque non dicat fuisse translatum, credere possumus, fuisse illa lingua scriptam; nec enim SS. Pontificibus interpretes, & amanuenses deerant.

§. XXVI.

Sæculum IV.
A. C. 342.

Ambros.
Epist. 13.
novæ edit.
p. 816.

Vales obser.
Eccles. l. l. c. 8

Sæculum IV.

§. XXVI.

A.C. 342.

Delegatio Orientalium ad Constantem.*Soz. II. c. 18.**Socr. III.**c. 10. Athan. de Synod.**p. 894.*

Julius Papa, nullo Epistolam suam
 quente effectu, Constanti Imperatori indicat, quantam S. Athanasius, & S. Paulus Constantinopolitanus injurias paterentur. Imperator, rei indignitate motus, ad Constantium fratrem scripsit, rogans, ut sibi tres Episcopos mitteret, ob depositionem Pauli, & Athanasii rationem reddituros; Constantius miserum quatuor, nempe Narcissum Neopoliadenum, Theodorum Heracleensem, Marim Chalcedonensem, & Marcum Aretusianum ex Syria; qui, tanquam Concilii Antiocheni delegati, in Galliam, ubi Imperator agebat, venerunt. Maximianus Trevirensis noluit eos recipere, & ipsi colloquium instituendum cum S. Athanasio acceptare renuerunt, volentes, quæ acta erant defendere, & Orientalium sententiam propugnare; Cum ab illis professio fidei peteretur, suppressa illa, quæ Antiochiæ fuerat publicata, nempe secunda, ultimam Imperatori Constanti tradiderunt, aliquot post menses conditam. Itaque Imperator facile apprehendit, hos duos Episcopos ab illis injustam persecutionem passos, nec alicujus criminis convictos, ut Eusebiani falso asserunt.

firmabant, sed ideo cum Catholicis communicare nolle, quod in Doctrina dissentirent; his cognitis Imperator, cui nihil eorum, quæ cupiebant, persuadere poterunt, eos dimisit.

Sæculum IV.
A. C. 342.

§. XXVII.

Leges adversus Idololatriam.

Non nullæ Leges extant, a duobus Imperatoribus latæ contra Idololatriam, Constantii una anni 341. qua Sacrificia prohibentur, altera hujus anni 342. ad Romæ Præfectum directæ, ex quo sequitur Constantis esse, qua præcipitur, templa, extra urbem posita, integra esse conservanda, ob spectacula, quibus originem dedissent, iisque populum Imperator privare non vult; cæterum omnis supersticio aboleri mandatur. Alia Lege hujus anni 342. Imperator jubet, templa ubique claudi, nec cuiquam accedere liceat; Sacrificia sub pœna capitis, & privationis bonorum prohibentur, adjectis minis, Provinciarum Rectores iisdem pœnis fore obnoxios, si eorum negligentia crimina illa mansissent impunita.

L. 2. Cod.
Theod. de
Pag. L. ibid.
v. Gothofr.

L. 4. ibid.

§. XXVIII.

Persecutio in Persia. S. Simeon, & S. Usthozadius.

Interim Sapor Rex Persarum Christianos, quo-

Soz. II. c. 8. 9
Acta Sinc.
p. 632.

Sæculum IV. quorum magna copia erat in Regno
 A. C. 343. ejus, crudeliter persequebatur; occasio-
 ne commercii, quod inter Provincias
 Osroenes, & Armeniæ erat, inventum
 fuisse fidem credunt, quæ tempore
 bente ita dilatata est, ut plurimæ Eccle-
 siæ numerarentur. Hæc novæ fidei in-
 crementa Magi impotenter dolebant, quod
 pote, qui ab ipso illius Gentis primo
 dio Sacris præerant, & Genus Sanctum
 habebantur, in quo Sacerdotium per suc-
 cessionem hæreditariam propagabatur.
 Judæos quoque, quibus innatum in Chris-
 tianos odium, felix successus urebat. In
 tempestate Simeon, cognomine Fulla,
 alias Jombapheus Seleuciæ, & Ctesiphon-
 tis Archiepiscopatum tenebat, erant am-
 bæ urbes Regiæ, haud ultra triginta pas-
 suum millia, aut decem Leucas distantes.
 Seleucia etiam Salec nominabatur. Simeon
 apud Regem Saporem defertur, quod
 esset Imperatoris Romanorum amicus,
 eique consilia Persarum publica pro-
 deret; Sapor calumniæ fidem habuit,
 cœpitque intolerabili tributorum onere
 Christianos premere, ut ad ultimam pau-
 pertatem redigeret, haud ignarus, quod
 plerique eorum divitiarum contemptum
 profiterentur. Harum exactionum ce-
 ram hominibus commisit, de quorum cru-
 delitate constabat, miserorum gemitibus
 moveri non posse. Tum Presbyteros

& Dei Ministros gladio occidi iussit, Ec-
 clesias dirui, Thesauros ad fiscum con-
 ferri, & Simeonem, Religionis, & Regni
 proditorem sibi sisti. Hæc persecutio
 anno Constantii septimo, Jesu Christi
 343. cœpit. Magi brevi tempore, Ju-
 dæis strenue adjuvantibus, Ecclesias de-
 struxere.

Sæculum IV.
 A. C. 343.

Hier. in
 Chron.

Simeon comprehenditur, & vinculis
 onustus in conspectum Regis adducitur,
 cumque in terram se non prosterneret,
 quod tamen antea facere consueverat,
 concitator Rex pervicaciæ causam ex-
 quirat, cui Simeon: *Nunquam ante hunc
 diem vinctus coram te adductus sum, ut
 verum Deum negarem, ideo aliorum mo-
 rem secutus, Regiam Dignitatem vene-
 rabar, hodie vero comparentem, ut pro
 Religione depugnem, in terram me de-
 mittere non oportet;* Ita locutum Rex
 solem adorare jubet, magna obedientem
 præmia manere, sin parere detrectaret,
 sciret, sibi, & secum omnibus Christia-
 nis moriendum. His minis haud qua-
 quam territus in carcere diebus aliquot
 detinendus abducitur, estque verosimile,
 Regem per hanc moram virum mutari
 posse, sperasse. Evnuchus quidam senex,
 nomine Ustazadius, qui Saporis infan-
 tiam rexerat, familiæ Regiæ Princeps,
 forte ante Palatii fores sedebat, cum Si-
 meon ad carcerem duceretur, illico sur-

Hist. Eccles. Tom. III.

F f

gens

Sæculum IV. gens ante eum venerabundus procubuit
 A. C. 343. at Simeon asperis verbis recordiam ei
 increpans, vultu averso præterit; in
 scendi causa erat, quod Usthazi-
 cum esset Christianus, ad adorandum Sa-
 lem permoveri se novissime passus fu-
 rit. Tum vero Usthazi-
 ta voce, & deposita, qua ornabatur, ve-
 ste candida, pullam in luctus signum
 sumpsit, atque, ante Palatium sedens,
 gemitus, & lacrymas solvebatur; *Ha-*
me! inquebat: *quid mihi a Deo, quod*
negavi, expectandum, cum jam meo
propter Deum Simeon antiquus meus
amicus, faciem avertens, ne quidem
loquio dignatus sit?

Ubi id Sapor comperit, Usthazi-
 vocat, quærit luctus causam, & an qui-
 triste in familia ejus accidisset? respo-
 dit ille, *non se luctuosum familiæ*
sum deslere, sed utinam o Rex! inquit
omnia potius mala in me, meosque
ruissent, mitius dolerem, quam unicum
quod admisi nefas! jam tædet me
re, & solem aspicere, quem adorare
simulavi, ut tibi placerem. Duplex
scelere mortem merui, quod Jesum Chris-
stum prodidi, & te Regem meum decepi.
 Juravit deinde per Creatorem cæli, &
 terræ, nunquam amplius fore, ut hanc
 mentem exuat. Rex inexpectatam mo-
 tationem valde miratus, multo magis

Persecutio
 Christiano-
 rum in Persia.

Christianos exarsit, quod crederet, per-
ditorum hominum carminibus id effe-
ctum; necdum tamen omni in virum se-
nem, & sibi amicissimum misericordia ex-
tinctâ, jam blandus, jam crudelis videri
poterat, ut sibi obsequentem redderet;
at tandem, Usthazadio affirmare perse-
verante, nunquam se in eam lapsurum
insaniam, ut creaturam relicto Creatore
adoraret, rediit furor, jussitque senem
capite plecti. Jamque licitoribus eum
ducentibus, rogavit, ut paulisper subsi-
sterent, esse enim, quod ad Regem deferri
cuperet, tum ad quemdam Evnucho-
rum fidissimorum, propius accedere jus-
sum, meo nomine, inquit: Saporis dices:
nullius testimonio mihi opus est, ut te
doceam, quanta charitate a juvenilibus
annis tibi, & ante te Patri tuo servierim,
hoc satis tibi notum, unam jam repen-
das gratiam, peto, ut facias, ne illi, quos
mortis meæ causa latet, me ut Reipubli-
cæ proditorem, aut cujuscunque alterius
criminis reum puniri credant, hinc ro-
go, ut Præco proclamet, Usthazadio cer-
vices abscindi non ut nocenti, sed ut
Christiano, & quia Deum suum offende-
re noluit, ut obediat Regi. Ita nempe
Usthazadius scandalum, quod Solem a-
dorando dederat, tollere cupiebat; Sa-
por, quod moriturus petebat, concessit,
eo fine, ut Christianos terreret, si vide-

Sæculum IV.
A. C. 343.

Sæculum IV. A. C. 343. rent, Regem viro Seni, qui se educare
rat, & domesticorum fidissimo non pe-
cere.

Simeon, audito in carcere Uthasidii Martyrio, Deo Gratias egit. Sequenti die, quæ erat Parasceves, Rex iussit ut & ipse gladio feriretur, nam iterum coram Rege adductus, magna constantia de veritate Religionis disseruerat, atque nec Regi, nec Soli cultum exhibuerat. Eadem Parasceves die Rex centum alios Christianos captivos percussit, atque Simeonem, postquam omnes necari cõspexisset, omnium ultimum interrogavit, mandat; erant illi Episcopi, Presbyteri & in variis ordinibus Clerici; cum ad supplicium ducerentur, Magorum Princeps accessit, quærens an vivere vellet, quod etiam possent, si Solem adorarent, & Regis Religionem sequerentur? Nullorum eorum hac conditione placuit vitam redimere. Ubi ad destinatum locum perventum, carnifices primorum capita decollare cœperunt, quos inter medius stans Simeon ad constantiam hortabatur, non tam præsentem mortem, quam futuram resurrectionem cogitarent, ex Scripturis ostendens, talem mortem esse veram vitam, vere autem illos mori, quod recordes Deum negarent; inter omnia bona opera excellentissimum esse, pro Deo mori. Integra Martyrum centuria immo

immolata, additus est Simeon cum Ab-
dechala, & Anania, duobus senibus, & Sæculum IV.
A. C. 343.
suae Ecclesiae Presbyteris, qui cum suo
Episcopo comprehensi ejus in carcere
comites fuerant.

Posicheus, operis Regiis Præpositus,
morientibus adstabat, cumque Ananiam,
quem ad excipiendum fatalem ictum
parabant, trepidare cerneret, *Pater mi!*
ait: *claudetantisper corporis oculos, &*
forti animo esto, jam jam videbis Glo-
riam Jesu Christi; vix pauca hæc elo-
cutus, comprehenditur, & in conspectum
Saporis ducitur, quem, Christianum se
esse fatentem, atque libere Religionem,
& Martyres laudantem, Rex novo mortis
generi addicit, eique, perforato jugulo,
qua per nervos aditus est, extractam
linguam avellunt. Filia ejus, Virgo Deo
devota, eodem tempore accusata, victi-
ma Religionis cecidit.

§. XXIX.

Alii Martyres. S. Sadothus.

S. Tarbula.

Anno sequenti eadem die Parasceves,
per omnem Persidem Edictum Sapo-
ris promulgatum est, quo non solum
Clerici, sed omnes, quotquot Christia-
nos se faterentur, morti adjudicabantur.
Tunc vero Christianos multitudine in-

Ff 3

nume-

Sæculum IV. numerabiles ferro consumptos ferunt
A. C. 344. Magi enim in urbibus, & agris eos, qui
 se occultabant, diligenter inquirebant, aliis se ipsos manifestantibus, ne suo
 silentio JEsu Christo renuntiare videretur. Dum promiscue omnis conditionis
 Christiani inhumane maectantur, plures in ipsa Regia interfecti; hanc sortem
 etiam Evnuchus Azadius expertus est, charissimum Regi caput, cujus necesse
 intellecta, ingens dolor amantis pectus obruit, effecitque, ut juberet, ne impollos
 rum Christiani omnes nullo discrimine, sed tantum Clerici necarentur.

Acta Sinc.
 p. 642.

S. Simeonis successor in Episcopatu urbium Seleuciæ, & Cresiphontes fuit S. Sadothus, seu Sadoftus, quod vocabulum idem dicit, ac amicus Regis, & vera Regis cœlestis amore ardebat. convocatis Presbyteris, & Diaconis suis, qui metu persecutionis in latebris errabant, objectum sibi somnium narravit in hunc modum: *Vidi hac nocte scalam lucidam superiori parte celum tangentem, qua S. Simeon Episcopus, immersa gloria fulgens, consistebat, & ego ad scalam pedem, dicebatque ad me latitabundus: Ascende! Sadoche! ascende! ne timeas! heri ego ascendi, tu hodie ascendes.* Verbis istis me ad JEsu Christi Confessionem vocari credidi, & intellexi, me hoc anno Martyrii honore donandum, sicut

ficut & ipse anno superiore; exinde Cle- Sæculum IV.
ricos suos ad mortis contemptum, & A. C. 344.
gloriæ æternæ desiderium cœpit exci-
tare.

Hoc anno Rex Sapor Seleuciam ve- S. Sadochus.
nit; accusatur Sadochus, eumque Rex
cum Clericis suis, aliisque Ecclesiasticis
vicinæ Regionis, Monachis, & Sancti-
monialibus, universim viginti octo ani-
mas, sibi sisti jubet; onerantur vincu-
lis, tetro, & incommodo carceri intru-
duntur, ubi quinque mensibus extrema
passi sunt; funibus crura eorum con-
stringebantur, scapulæ, & lumbi lignis
extendebantur, ita ut distracta ossa eum
ad modum crepitarent, ac si lignorum
fascis comprimeretur. Cum torqueren-
tur, erant, qui ad eos dicerent; *Adora-
te solem! Regi obedite! & vivetis.* S. Sa-
dostus omnium nomine respondebat; a-
dorare se Creatorem, non vero Solem,
creaturam ejus, neque ignem, cui Persæ
divinos honores ferrent. Tandem om-
nes capitis supplicio damnantur, extra
urbem producantur, & Dei sui laudem
jugiter prædicantes conficiuntur. S. Sa-
dostus catenis constrictus in Regionem
Bethuzam, & urbem Bethlapat, seu Be-
thelabad translatus, ibi capite truncatus
est; Latini hos SS. Martyres 21. Febr.
& Græci 19. Octobr. venerantur.

Sæculum IV.

A. C. 344.

c. 12.

Acta Sine.
p. 639.Persecutio in
Perfide.

Circa idem tempus Regina in morbum incidit, & Judæi S. Simeonis Episcopi sorores insimularunt, quod ei venenum propinassent, ut fratris sui necem ulciscerentur. Duas Simeon sorores habuerat, unam Sanctimoniam nomine Tarbulam, seu Pherbutam, alteram viduam, quæ secundas nuptias respuerat. Facile apud foeminam calumnia fides invenit, ita quippe ægroti plerumque comparati sunt, ut in remediis inusitatis fiduciam ponant, præterea Reginae quantum erat, Judæi possidebant, idem de Religione sensus erat, iisdem caeremoniis utebatur. Duæ ergo sorores, cum iis Tarbulæ ancilla, etiam Virgo comprehenduntur, in Palatium ductæ, Magorum manibus traduntur, qui in hac causa iudices futuri erant. Muptezius ita Magorum Summus Pontifex vocabatur, advenit, ut captivas interrogaret, quæ cum se veneficii accusari intellexissent, Pherbuta respondit; Lege divina veneficos æque, ac Idololatrias ad mortem damnari, nec minus se ab isto crimine, quam ab Idololatria esse alienissimas; quia autem tantum scelus tentasse, ut necem fratris vindicarent, dicebantur, iterum Pherbuta, *Ecquod tandem malum, inquit: fratri nostro intulisset, verum quidem, quod vestra invidia ei vitam corporis ademerit, at interim,* &

melius

melius vivit, & regnat in calis. Post hanc quæstionem in carcerem deductæ sunt.

Pherbuta puella erat formæ in paucis raræ, & Magorum Præses, dum eam intuetur, cupidinis telo læsus est; altera ergo die, attamen secreto, mittit, qui promitteret, si uxor ipsius esse vellet, eam, & sodales suas, intercedente Pontifice, apud Regem vitæ gratiam impetraturas; ipsa oblatam vitæ conditionem contemptim, & indignanter rejecit, se esse Jesu Christi Sponsam, nec mortem timere, qua charissimo fratri jungeretur. Postquam Judices ad Regem retulere, has foeminas veneficii esse convictas, nihilominus salvas fore edici jussit, si Solem adorarent, quod cum facere recusassent, Magorum arbitrio relictum, quo mortis genere tollendæ essent; illi non alio modo Reginam sanitati restitui posse pronuntiant, quam si per media damnatarum corpora in duas partes secta transfret; tunc SS. Fœminæ ante urbis portam educuntur, singulæ duobus palis hinc collo, inde pedibus alligantur, sic extensæ per medium serra dissecantur, atque ex utroque plateæ latere tribus stipitibus terræ infixis mediæ corporum partes suspenduntur; in eandem plateam advecta Regina, per hanc lanienam deducitur, sequente ingenti populi multitudine, quæ

Sæculum IV.
A. C. 344.

Sæculum IV. illo tempore ad pendendum Regi tributum confluerat. Cœterum antiqua hæc erat inter Orientales cæremonia, præsertim in pangendis fœderibus mæper dissecta victimarum membra transferent, cujus rei usus exemplo e S. Scriptura desumpto comprobatur. Macedones quoque credidisse leguntur, excitus suos expiari, si per medium utriusque positarum dissectæ canis partium transire juberentur.

Gen. 15. 10.

Jere. 34. 18.

Liv. L. XL.

c. 6. Curt.

X. c. 9.

§. XXX.

Alii Martyres. S. Acepſimas. &c.

Cum solos Ecclesiasticos Religionis causa morte afficere liceret, Magi, totam Persiam pervagantes, Episcopos, & Presbyteros perſequebantur, plurimum autem in Provincia Adiabenes, ubi plerique incolarum Christiana Sacra ſequebantur, quod eſſet Romanis contermina. Captus eſt Episcopus Acepſimas cum pluribus ſuorum Clericorum; tum Magi, postquam deliberassent, solo retento Prefule, reliquos, bonis ſpoliatos, dimiserunt. Unus Presbyter, nomine Jacobus ultro Acepſimæ adhærens, a Magis obtinuit, ut in eodem carcere includeretur; is lacri animo Episcopum Senem, omnibus, quibus indigebat officiis, fovebat, curans vulnera, & opem, quam poterat, ferens.

Soz. II. c. 13.

Post-

Postquam enim fuerat comprehensus E-
 piscopus, eum Magi loris crudis atroci-
 ter cæciderant, ut solem adorare coge-
 rent, tandem constanter reuentem car-
 ceri dederant. Alius quoque Presbyter
 Aithalas nomine, Azadanus, & Abdiesu
 Diaconi, prius a Magis crudeliter cæsi,
 etiam propter fidem vincula ferebant;
 Abdiesu significat servum Jesu. Post
 longum tempus Magorum Princeps de
 his captivis ad Regem refert, qui eidem,
 nisi solem adorarent, permisit, ut talem,
 quæ placuisset, in eos pœnam statueret;
 Mago mandatum Regis nuntianti, laco-
 nice responderunt; ne speraret, eos un-
 quam Jesu Christi proditores futuros.
 Tum SS. Confessores omni deposita hu-
 manitate cruciavit; Episcopus Acep-
 mas constanter in Confessione fidei per-
 severans Spiritum reddidit, cujus reli-
 quias Armeni, in Persia obsides, secreto
 ablatas sepelierunt. Reliqui Martyres
 eadem crudelitate cruciati præter spem
 omnem vivebant, & quia propositum
 non mutabant, in carcerem reducuntur.
 Inter hos videre erat Aithalam, cui ob
 verberum, & contorsionum immanita-
 tem brachia, qua humeris junguntur, situ
 naturali dimota; manus enerves pende-
 bant, & cibus alterius manu ori ejus ad-
 moveri debebat.

Eodem

Sæculum IV.
 A. C. 344.

01.3

Sæculum IV.

A. C. 344.

c. 10.

Eodem Principe regnante Presbyterorum, Diaconorum, Monachorum, Virginum, aliorumque hominum Religiosorum fervientium multitudo, quanta numerari non potest, Martyrium tolerarunt. Vaginti trium Episcoporum nomina litteris mandata, posteris servata sunt, quos inter Daufes, & Millesius fuere. Daufes in Persis captus in quodam loco Zabdee dicto, cum Mareabde Chor-Episcopo, & Clericis ferme ducentis quinquaginta tunc captivis, Martyrio coronatus est. Millesius primo militiam in Persia secutus, vitam deinde Apostolicam amplexus est, & in quadam Regionis illius urbe Episcopus ordinatus; multa, & varia passus, sæpe verberibus contusus, & captus, neminem tamen ad fidem potuit perducere, ergo maledicens huic urbi, & ratus recessit; & ecce post modicum temporis spatium, cum urbis primores iram Regis in se provocassent, immissus est exercitus cum trecentis Elephantis, urbs eorum subversa, & ita solo aequata, ut exinde arabilis terra esset. Interim Millesius piam peregrinationem Jerusalem suscepit, nihil aliud quam librum Evangeliorum in sacco secum ferens; inde in Ægyptum migravit, Monachos invisurus; tandem Martyrii Lauream consecutus est; ejus vitam, miraculis plenam Syri conscripserunt. Quis omnes

Eodem

Marty-

Martyres in numeros conferat, qui tunc in Perside exquisitis tormentis excrucia-
 ti, nempe fertili crudelium inventionum Regione; sexdecim millium utriusque sexus Martyrum nomina memoriae prodita; quot autem universim pro Christi Nomine sanguinem profuderint, nescitur, nec unquam eorum numerum Persæ Christiani, Syri, & Edesseni incolæ quantuncun- que industriam adhibuissent, inire potuerunt.

§. XXXI.

Missio Theophili Indi.

Interim Christiana fides ultra Imperii Romani fines proferebatur, quam pagationem ut promoveret Imperator Constantius, legationem misit ad populos, quos tunc Homeritas dicebant, & extrema Arabiæ felicis versus Oceanum incolebant; hi ab aliquibus pro antiquis Sabæis habebantur. Circumcisionem die octava observabant, utpote Abrahami ex Cetura progenies, quo non obstante Solem, Lunam, & Regionis Dæmones adorabant. Plurimi illa Gente permixti Judæi degebant. Illuc Constantius ut Principis nationis illius benevolentiam captaret, legatos cum Regiis donis, & ducen- tis ex Cappadocia generosissimis equis misit, rogare jussos, Ecclesias ædificare liceret ad usum Romanorum, illuc adven-

Sæculum IV.
 A. C. 344.

Philostorg.
lib. III. c. 4.
 5. 6.

Theophili
Indus

Sæculum IV.
A. C. 344.

nientium, eorumque ex indigenis, qui e-
dem amplecti vellent; opes exstruendis
ædificiis pares legati afferebant. Inter
præcipuos hujus legationis habebantur
Theophilus Indus, qui olim ab incolis
Insulæ Diu, Patriæ suæ, admodum juvenis
ad Constantinum Magnum obses missus,
inter Romanos diu vixerat, & statum
Monasticum magna virtutis existimatione
profitebatur; Eusebius Nicomedien-
sem eum Diaconum ordinaverat, utque ad
hanc legationem esset aptior, Ariani e-
i dignitatem Episcopalem conferri volue-
runt; erat enim eorum factionis homo.
Forte quis haud quaquam falleretur, si
conjiceret, Arianos invidia adductos, ut
hanc missionem adornarent, & illam, qua
Frumentius ex altera maris rubri ora in
Æthiopia functus erat, & S. Athanasius
sua auctoritate promoverat, imitarentur.
Hoc saltem indubitatum, Arianorum par-
tibus addictum fuisse Theophilum & eo-
rum laudibus usque ad sidera elatum, cui
miraculorum donum, cœlitus datum, di-
xere.

Sup. l. XI.
S. 38.

Theophilus
Indus.

Prosperè processit legatio, ringenti-
bus etiam Judæis. Homeritarum Dux
ad fidem conversus, tres Ecclesias non
quidam Imperatoris, sed suis sumptibus
ædificavit, unam in totius Gentis Metro-
poli, quæ *Tasar*, seu *Dasar* dicebatur, al-
teram in *Adan*, seu *Aden*, urbe, ad quam
mer-

mercatores Romani ex Oceano advecti, appellere consueverant, tertiam ad ostia Sinus Persici, in illa urbe, quæ erat commercii Persici Emporium. Theophilus, postquam has Ecclesias dedicavit, & ornamentis ut potuit, donavit, in Insulam Diu, natale solum trajecit, atque inde in alias Indiarum partes, ubi non nullos abusus in Cæremoniis Religiosis abstulit, quod inter alia Evangelii lectionem sedentes auscultarent, & plura contra canones facerent. Tandem ex magna Arabia in oram maris rubri adversam ad Æthiopes Auximitas, quibus Frumentius Episcopus præerat navigavit. Post tot itinera deinde redux, magnis honoribus ab Imperatore Constantio exceptus, semper Episcopi titulum, nulli particulari Ecclesiæ alligatus, retinuit.

§. XXXII.

Longa Orientalium Formula.

Eusebiani Antiochiam convenerunt anno 345. post annorum trium spatium, ex quo ad Occidentales quartam fidei formulam, de qua diximus, miserant. In isto Concilio iterum novam condiderunt, quæ propter suam longitudinem dicta est macrostica, seu a longis lineis, nihil, quod simpliciter damnari posset, continens. Primo ponitur fidei expositio ex meris

Athan. de Synod. p. 895. Socr. II. c. 19. Soz. III. c. II. v. Pagi 344. n. 2.

ferme

Sæculum IV. ferme S. Scripturæ verbis, sed vox
 A. C. 345. substantialis, aut substantia non occurrunt.

Deinde illi condemnantur, qui dicunt
 Filium ex nihilo, aut ex alia hypostasi,
 non ex Deo esse productum, atque fuisse
 tempus, aut Sæculum, quo non existi-
 rit. Illi quoque condemnantur, qui di-
 cunt, tres dari Deos, aut Jesum Christum
 non esse Deum, aut ipsum ante Sæcula
 nec Christum fuisse nec Filium Dei; aut
 Patrem, Filium, & Spiritum S. eosdem
 esse; aut Filium non esse genitum, aut
 Patrem ipsum non genuisse per volunta-
 tem, id est, ut ipsi deinde explicant, non
 esse dicendum, quod Deus Pater invitus
 genuerit Filium, & necessitate coactus.
 Dicunt Patrem, Filium, & Spiritum S.
 esse tria entia, seu tres Personas. Pau-
 lum Samosatenum condemnant, negan-
 tem, Jesum Christum fuisse Deum ante
 Sæcula, & affirmantem, esse purum ho-
 minem, qui ob merita sua factus est Deus.
 Agnoscunt Filium esse natura Deum ve-
 rum, & perfectum, qui cum esset Deus,
 factus est homo, manens, quod erat.

Eos quoque condemnant Eusebiani,
 qui Filium vocant simplex Verbum Dei,
 & sine propria subsistentia, quasi esset in
 alio velut Verbum prolatum, aut Ver-
 bum conceptum, vel volunt, ipsum ante
 Sæcula nec fuisse Christum, nec Filium
 Dei, nec imaginem ejus, nec Mediatorem,

sed ab incarnatione factum fuisse Chri-
 stum, & Filium Dei, id est, ab annis cir-
 citer quadringentis; tunc Regnum ejus
 coepisse, quod in ultimo judicio finem es-
 set habiturum; talia, inquit: Sectato-
 res Marcelli, & Photini Ancyrani docent;
 postquam hæc refutarunt, subjungunt:
*credimus, Jesum Christum nullam novam
 Dignitatem accepisse, sed semper fuisse per-
 fectum, & per omnia Patri similem. Eos
 etiam condemnamus, qui dicunt, eundem
 esse Patrem, Filium, & Spiritum S. tria
 nomina uni soli, & eidem Personæ tri-
 buentes, quia per incarnationem faciunt
 Patrem comprehensibilem, & passibilem,
 qui est incomprehensibilis, & impassibilis.
 Hos Romani vocant Patropassianos, & nos
 Sabellianos. Tandem his verbis finiunt:
 Hanc expositionem fidei prolixiorẽ pu-
 blicare debuimus, postquam priorem in
 compendio dederamus. Quod hoc facia-
 mus, causa non est ostentatio, sed ut omnem
 suspicionis umbram ex mentibus illorum
 tollamus, qui fidem nostram ignorant, ut
 omnibus Occidentalibus hæreticorum ca-
 lumniam detegamus, & puram Orienta-
 lium Doctrinam, invincibili Scriptura-
 rum testimonio fundatam, manifeste-
 mus.*

Photinus, qui hic cum Marcello An-
 cyrano damnatur, erat Episcopus Sirmii, *Hier. script.*
 Illyrici Metropoli. Natus in Galatia, & *Socr. II. c.*
Hist. Eccles. Tom. III. G g in 18.

Sæculum IV.
 A. C. 345.

Sæculum IV. in ipsa urbe Ancyra Episcopum Marce-
 lum, A. C. 345. cuius Diaconus fuit, Magistrum ha-
 buerat; is naturali facundia præditus
 aliis facile, quodcumque sibi proposuisset
 persuadebat, hinc, ubi ad Episcopatum
 evectus est, haud alius populo suo celsior
 fuit. At depravatis erat moribus,
 & brevi, a sana Doctrina deficiens, hæresin
 incidit. Trinitatem negabat
 unam tantum operationem, seu energiam
 in Patre, Filio, & Spiritu S. agnoscentem
 Ipsius opinione, solus Pater Deus erat
 Spiritus S. personaliter non subsistebat
 Christus, & Filius Dei ante Mariam non
 erat, nec Deus, sed purus homo, tamen
 ex Virgine per operationem Spiritus S.
 natus. Sic errores Sabellii, & Pauli Sa-
 mosateni conjungebat. In hoc Concilio
 Photinus primo invenitur damnatus, se-
 pius exinde damnatus est, & quia nomen
 eius Græce significat luminosum, non
 nunquam ab antiquis dictus est Scotinus
 seu tenebrosus.

inf. §. 39.

§. XXXIII.

Concilium Mediolanense.

Soc. II. 20. Orientales miserunt in Occidentem Epi-
Sozom. III. doxium Germaniciensem, Macedo-
c. II. Athan. nium Mopsuestanum, Martyrium, De-
Syn. p. 895. mophilum, & quosdam alios Episcopos
p. 676. longam formulam ferentes. Hi plures
 Episco-

Episcopos Occidentis, Mediolani congregatos, invenerunt, ubi ipse Imperator Constans erat, quo etiam S. Athanasium advenire jusserat. Occidentales novæ fidei formulæ, quantumcunque Orientalium Delegati instarent, subscribere noluerunt, dicentes, sibi fidem Nicænam sufficere, nec se ultra eam quidquam requirere; ipsi e contra ab Orientalibus enixe petere, ut Doctrinam Arii damnarent, quod hi facere renuentes, non sine bile e Concilio Mediolanensi recesserunt; id anno 346 contigit. S. Athanasius ad hoc Concilium venerat, nescius, quid ageretur, ibique comperit, quosdam Episcopos Imperatorem Constantem rogasse, ad fratrem suum Constantium scriberet, ut Concilium ex Oriente, & Occidente convocaretur, quo medio Ecclesia divideretur, atque Athanasius, & Paulus in Sedes suas restituerentur; quod ut fieret, Constans sæpius Constantium per litteras, sed frustra, rogaverat. Placuit Constantio propositio Concilii, & utrinque convenit, ut illud Sardicæ in Illyrico, Dacorum Metropoli, in utriusque Imperii confiniis sita, ageretur. Inter alios maxime Julius Papa, Osius, & S. Maximinus Trevirensis Constantem Imperatorem ad petendum a fratre Concilii hujus conconvocationem impulere.

Sæculum IV.
A. C. 346.

Apol. I. epist. 2. Liber. ad Const. Pagi 344. n. 3. Et c. Apol. I. ibid. Socr. II. c. 20. Sozom. II. c. II.

Episc. Pseudo Syn. ap. Hilar. frag. Et to. 3. Conc. p. 700.

Sæculum IV.
A. C. 347.

§. XXXIV.

Concilium Sardicense.

Athan. ap. 2. p. 754. c. 20. Igitur Concilium Sardicæ celebratum
Socr. III. c. 11. inscript. epist. Synod. Et ep. Pseud. Syn. Athan. ad solit. p. 819. utriusque Imperatoris consensu, anno ab obitu Constantini Magni undecimo, Eusebio, & Rufino Consulibus, id est, anno 347. Ultra triginta quinque Provinciæ sunt, ex quibus Episcopi copi convenere, atque inter alias ex Italia, Hispania, Gallia, Africa, Pannonia, Dacia, Thracia, Macedonia, Thessalia, Achaja, Cycladum, Cretæ, Phrygiæ, & aliis Asiæ minoris Provinciis; ex Cappadocia, Galatia, Cilicia, Syria, Mesopotamia, Phœnicia, Palæstina, Arabia, Thebaide, & Ægypto. Episcoporum numerus ferme ad centum, & septuaginta creverat; ex Occidente centum, alii ex Oriente venerant. Hos inter celeberrimi fuere Osius Cordubensis, Protogenes Sardicensis, Protasius Mediolanensis, Severus Ravennatensis, Lucillus Veronensis, Januarius Beneventanus, Vincentius Capuanus, Verissimus Lugdunensis, Maximinus Trevirensis, Euphratas Coloniensis, Gratus Carthagenensis; S. Athanasius, Marcellus Ancyranus, & Asclepas Gazensis ab hoc Concilio non abfuere, cujus pars magna futuri erant. Julius Papa absentiam excusavit, quod timeret, ne schismatici, & hæretici ipso peregrinante

Athan. ad solit. p. 811.

Synod. ad Ju.

grinante gregem suum invaderent; quam Sæculum IV.
 excusationem Patres boni consulere; A. C. 347.
 Legatos vero suos misit Archidamum, &
 Philoxenem Presbyteros, & Leonem Dia-
 conum.

Ex parte Orientalium, seu verius Eu-
 sebianorum, præcipui erant Episcopi
 Theodorus Heracleensis, Narcissus Ne-
 roniadenus, Stephanus Antiochenus,
 Acacius Cæsariensis in Palæstina, Meno-
 phantes Ephesinus, Urfacius, & Valens,
 Quintianus Gazensis, Marcus Arethusa-
 nus, Eudoxius Germaniciensis, Basylus
 Ancyranus, Callinicus Pellusinus, Mele-
 tianus, & famosus Ischyras. Duos se-
 cum Comites adducebant, Musonianum, *Cang. Gloss.*
 & Hefychium, qui Castrensis munere *Gr. & Gloss.*
 fungebatur, id est, Imperatori a cubicu-
 lis erat. Eusebiani in hoc quoque Con-
 cilio ope potestatis Sæcularis, sicut alias *lat.*
 consueverant, dominaturos se sperabant, *Athan. 2.*
 inde haud segniter advehebantur. *apol. p. 754.*
& ad solit. p. 818.

At ubi ipsis compertum fuit, Occi-
 dentalibus solum Osium præfuturum, Ju-
 dicialium fore pure Ecclesiasticum, nihil a
 Comitum, nihil a militum præsentia spe-
 randum, male ominantis conscientiaæ sti-
 mulis turbari cœpere. Athanasium,
 aliosque accusatos, quos, comparere
 non ausuros, crediderant, liberrime ibi
 versari cernebant. Attoniti etiam vi-
 debant, contra se ipsos ex diversis Eccle-

Sæculum IV. suis advenisse accusatores, paratas probationes afferentes; quosdam, a se proscriptos, cum catenis injectis, huc se invellisse. Quosdam Episcopos venisse, per alios fratres, adhuc in exilio existentibus, causam dicturos; amicos, & propinquos eorum, quibus mortis causa interessent, advenisse. Episcopos alios narrare, qua ratione Eusebianorum calumnia sibi vitæ periculum creassent, aliqui Confratrum suorum omnino periissent, atque inter alios Episcopus Theodulus, in fugam mortuus esset; hi gladiatorum ictus in suis corporibus exhibebant, alii ob famem, quam diu tolerare coacti fuerant, querebantur. Non privati solum, sed integræ Ecclesiæ per suos Delegatos reprobant, passas se fuisse militum, & plebis efferatæ injurias, judicum minas, litterarum suppositarum calumnias; querebantur, Virgines, turpiter nudatas, Ministros Sacrorum carceribus inclusos, Ecclesiis incendio concrematas. Et hæc omnia, ut Catholici cum Arianis communicare cogentur. Præterea videbant Eusebiani, Episcopos duos Orientales Arium, seu Macarium Petrensem in Palæstina, & Asterium Petrensem in Arabia, itineris socios, a se defecisse, & Occidentalibus junctos, quibus fraudes suas, & timores prodidissent.

*Epist. Syn.
ad omn.
Episc. ap.
Athanas. p.
762.*

Cum

Cum hæc omnia scirent, tamen, ut ^{Sæculum IV.} A. C. 447.
 causæ suæ fidere crederentur, Sardicam
 ire statuerant, quo vero ubi advenerunt,
 Palatio, quod occupaverant, se includen-
 tes, alter in alterius aures musitare: lon-
 ge alia, quam expectabamus, invenimus; ^{ad solit. p.}
 Comites adduximus, sed huic ^{818.} *Judicio non*
intereverunt. Nihil certius, quam futura
damnatio nostra. Omnes scitis, qualia ^{Concilium}
Imperatorum mandata sint. Athanasius ^{Sardicense.}
acta inquisitionis in Mareotide tenet, qui-
bus innocentiam suam, & opprobrium no-
strum probet. Quid ergo hic facimus?
causas prætexamus, & discedamus; satius
est fugere, ut ut probrosus sit, quam con-
vinci, & calumniatores declarari. Si
fugerimus, partes nostras ab interitu sal-
vabimus; si absentes damnamur, Impera-
tor tuebitur, nec ex Ecclesiis nostris pelli
patietur. Hæc tunc erant Eusebianorum
consilia. Osius, alique Episcopi, sæpe
iis collocuti, referebant, quantum Atha-
nasius, & cæteri accusati bonæ causæ
confiderent; vos vero, inquiebant: si
judicium timetis, quare venistis? aut com-
parendum non erat, aut persistendum. Ec-
ce Athanasius, iique, quos absentes accusa-
batis, sistunt se, ut eos convincatis, si con-
vincere potestis; si autem probare promit-
titis, quod non potestis, calumniatores estis
manifesti. Non alia vos in judicio sen-
tentia manet.

Sæculum IV.

A. C. 347.

*Epist. Syn.
ad Alex.
item epist.
ad omn.
Episc.*

*Ep. Pseud.
Synod.*

Talia Concilii Patres sæpe Orientalibus tam viva voce, quam scripto demonstrarunt; primo Eusebiani causabantur, se Occidentalibus ideo jungi non posse, quod cum Athanasio, Marcello, & aliis accusatis communicarent; eos etiam sedere, & in Ecclesia ad consultandum admitti; (hic, Patres de more in Ecclesia sedisse, & cum iis SS. Myſteria celebrasse, adnotatur) petebant ergo, ut ante omnia Occidentales Athanasium, & reliquos a sua communione excluderent; hi contra monstrare, se, si id facerent, contra æquitatem peccaturos, nec omnino esse possibile, cum Athanasius pro causa sua non modo Julii Pontificis sententiam, sed etiam octoginta Episcoporum testimonium allegare posset. Orientales dicebant, Athanasium, Marcellum, & alios, qui accusati fuerant, in Conciliis fuisse damnatos, a quibus non daretur appellatio, eo minus, quod plerique testes, iudices, & alii, ad discutiendam causam necessarii, humanis excessissent. Respondum est, Concilium Sardicense hunc in finem fuisse convocatum, ut hæc ipsa, ita dicta iudicia, in trutina expenderentur; adesse jam Athanasium, iudicium postulantiem, quia absens fuisset condemnatus; cœterum, omnia acta circa ipsius causam huc esse allata, ut in iudicio legitimo prælegi possent.

Tan-

Tandem Orientales ad hoc unum di-
 cendum redacti sunt: *cum ex illis Episco-*
pis sex, qui in Mareotide inquisierant,
quinque abhuc dum inter vivos versentur,
in quemlibet locum, ubi Athanasius crimi-
na commisit, quosdam Episcopos esse mit-
tendos, censemus, si falso accusatus est,
damnationem feremus, nec ultra ab Impe-
ratore, aut Concilio, seu aliis Episcopis
audiendi erimus; si delicta ejus probentur,
vos condemnabimini, nusquam alibi au-
diendi, vos, qui cum Athanasio, jam diu
damnato, communicastis. Hæc proposi-
 tio ab Occidentalibus non accepta, cum
 manifeste ad judicium eludendum in-
 quisionibus supervacuis tenderet, & præ-
 terea, Gregorio in Ægypto dominante,
 Eusebiani omnia pro suo arbitratu acturi
 essent. Osus in Ecclesia, ubi ipse mo-
 rabatur, semel ad se invisentes invitabat,
 ut, quæ contra Athanasium haberent, ex-
 ponerent, fidenter eloquerentur, & æquis-
 simum judicium expectarent. Ubi sæ-
 pius eadem promisisset, addidit; *si coram*
toto Concilio sua in medium asserre nollent,
saltem coram se solo id facerent; fidem
meam interpono; inquebat: si Athana-
sus reus deprehendatur, a nobis certissi-
me rejicietur; & quamvis innocens inve-
niatur, vosque calumniæ convincat, si ta-
men gravissimum vobis accidat, eum reci-
pere, efficiam, ut se mecum in Hispaniam

Sæculum IV.
 A. C. 347.

Concilium
 Sardicense.
 Epist. Osi
 ap. Athan.
 ad solit. p.
 839.



Sæculum IV. *abduci patiatur.* In ea, quæ promitte-
 A. C. 347. bat Osius, Athanasius consentiebat; sed
 ipsis, ejus inimicis, causæ hujus iniqui-
 tas ita erat perspecta, ut hoc, & omnia
 alia, quæ proponebantur, recusarent.

Cœterum quam parum Eusebiani
 Synod. ap. cera mente agerent, Macarius, & Asterius,
 Athan. p. rius, qui eorum ex Oriente itineris socii
 767. fuerant, relictis eorum partibus, Concilii
 Patres certiores fecerant; hi duo Episcopi
 pi narrabant, Eusebianos in isto pro-
 ceptione sæpius consilia agitasse, in quibus
 decrevissent; ubi Sardicam pervenissent,
 nullius se iudicio submissuros, nec cum
 Concilio coituros, sed, postquam suam
 præsentiam cum protestatione significas-
 sent, prompte discessuros. Reipsa etiam
 postquam advenerunt, eos, qui secum ex
 Oriente secuti fuerant, ab ingressu Con-
 cillii prohibuerunt, quibus nequidem pro-
 prius ad Ecclesiam, in qua Concilium age-
 batur, accedere licuit; plures quippe
 erant Episcopi Orientales, sanæ Doctri-
 næ addicti, qui se ab ipsis separassent, nisi
 minis, & promissis fuissent impediti; cu-
 jus rei testes erant Macarius, & Asterius,
 toto itinere oppressionem eorum, & vim
 experti.

§. XXXV.

Sæculum IV.
A. C. 347.

*Orientalium discessus. Concilii
Judicium.*

Eusebiani, ut sibi constarent, die, ad fe-
rendam sententiam destinata, jam præterlapsa, dixerunt, cogi se, ut disce-
derent, quod Imperator ad celebrandam
victoriam, de Persis reportatam, per lit-
teras se advocasset, nec eos per Eusta-
thium Ecclesiæ Sardicensis Presbyterum
ad Concilium excusationem ridiculam
mittere puduit. Concilium, cui malitia
eorum erat exploratissima, rescripsit la-
conice: *Aut veniendum vobis, & crimi-
na, quorum accusamini, præsertim vero
obtreccionis, diluenda, aut Concilium
vos Calumniatores, eos econtra, qui cum
Atanasio sunt, innocentes, & injuste
damnatos pronuntiabit; eligite!* eos plus
mala conscientia, quam hæc epistola ur-
gebat, hinc strenue fugam capeffentes,
Philippopolim in Thracia pervenerunt.

Sozom. III.
c. 2. Athan.
ad solit. p.
819.

Tria capita in Concilio præprimis tra-
ctanda erant; Fides Catholica, causæ eo-
rum, quos Eusebiani accusabant, & que-
relæ illorum, a quibus Eusebiani accusa-
bantur. Nonnulli existimabant, novam
fidei professionem esse concinnandam;
hanc autem propositionem, quam Aucto-
res ejus præfervide defendebant, Conci-
lium cum indignatione rejecit; sed præ-
cepit,

Synod. ad
Julian. Ath.
ad Antioch.
p. 756.

Sæculum IV. cepit, nihil circa fide scriberetur, & Sym-
 A. C. 347. bolum Nicænum omnibus sufficeret, cum
 in nullo deficiat; si alia formula conde-
 retur, Nicænum Symbolum imperfectum
 videri posse, atque illis exemplum pra-
 beri, quibus in novas semper fidei for-
 mulas scribendas manus prurirent. Ni-
 hilominus illius propositionis fautores
 formulam conscripserunt, quam non nul-
 li exinde, quasi auctoritate Concilii Sæ-
 dicensis conditam, venditarunt.

ap. Theod.
II. c. 8.

Tum causa S. Athanasii discussa; quam-
 vis enim adversariorum suorum fuga fa-
 tis absolveretur, tamen eorum accusatio-
 nes, quantum in absentia ipsorum pote-
 rant, de novo examinata. Quod ad ca-
 dem Arsenii spectabat, calumniae impu-
 dentia evidenter patebat, cum ille vive-
 ret, seque ipsum visuris ostenderet. Quod
 autem ad calicem in domo Ischyrae fra-
 ctum; ipsa acta inquisitionis ab adversariis
 ejus in Mareotide factæ, secum ipsis pu-
 gnantia suam falsitatem prodebant. Ali-
 unde duo Presbyteri, olim Meletiani, post-
 modum a S. Alexandro recepti, testimo-
 nium reddebant, Ischyram nunquam, nec
 tempore Meletii fuisse Presbyterum; Ita-
 que justitia sententiæ, Romæ a Julio Pa-
 pa pro S. Athanasio lata, ab omnibus
 agnoscitur, sicut etiam testimoniorum,
 ab octoginta Ægypti Episcopis præstito-
 rum, veritas. Nulla in causa Athanasii dif-
 ficul-

Epist. ad
Synod. ad
Alex. ap.
Athan. p.
 757. 758.
it. ad omn.
Episc. ibid.
 p. 763.

ficultas inventa, omnes Episcopi, innocen-
tem declaratum, in Ecclesiæ Communione
confirmarunt. Præterea quatuor Pres-
byteri Alexandrini, nempe Aphtonius,
Athanasius Capitonis filius, Paulus, &
Plutio, quos Eusebianorum persecutio,
ut morti se eriperent, fugere coegerat,
innocentes pronuntiantur; eorum nomi-
na, si Paulum excipias, in fine Protesta-
tionis contra inquisitionem Mareoticam
leguntur, unde eos S. Athanasio favisse
scimus.

Jam in Concilio causa Marcelli Ancy-
rani examini subjecta; Eusebiani accusa-
tionis summam in scripto ejus adversus
Asterium ponebant, idque hæresi plenum
affirmabant; ergo jubente Concilio le-
ctum est illud scriptum, statimque appa-
ruit, Marcellum illa per modum quæstio-
nis proponere, quæ Adversarii ejus asseri
dicuntur; si antecedentia, & sequen-
tia combinarentur, perspectum erat,
ipsum orthodoxe sentire, nec enim, ut
ipso obtrectabant, dicebat; Verbum Dei
a S. Maria Virgine initium sumpsisse, ne-
que Regnum ejus finem habiturum, sed
Regnum hoc absque Principio, & fine du-
rare. Hinc a Concilio absolvitur. Ascle-
pas Gazensis acta Antiochiæ in præsentia
accusatorum suorum, & Eusebii Casarien-
sis produxit, atque ipsius innocentia elu-
xit ex sententia eorum, qui Judices ipsius
fuerant

Sæculum IV.
A. C. 347.

P. 759.

P. 791.

Ep. Pseud.
Synod. ap.
Athanas. p.
764.

Sup. l. X.
§. 40.

Sæculum IV. fuerant in eodem Concilio, ubi, calu-
A. C. 347. mniis oppressus, S. Eustathius Antioche-
 nus depositus fuerat. Igitur Patres Con-
 cilio Sardicensis Asclepam plene absol-
 tum judicarunt.

*Synod. ad
 omn.*

Post hæc Patres ad tertiam quæstio-
 nem, quæ decidenda erat, & haud dubie
 inter cœteras maximi momenti, proces-
 serunt, nempe ad accusationes undique
 adversus Eusebianos allatas. Gravissi-
 mum omnium erat illud, quod Julius Pa-
 pa in sua Epistola jure meritissimo repro-
 henderat, Eusebianos cum Arianis, in
 Concilio Nicæno damnatis, & hæresis
 nota scdatis, communicare, quos non
 solum ad Ecclesiam reciperent, sed etiam
 Diaconos eorum ad Sacerdotium, &
 Presbyteros ad Episcopatum promov-
 sent. Ex omnibus, quæ moliebantur
 Eusebiani, eorum voluntas Arianam hæ-
 resin invehendi perspicua fiebat; injuria
 in urbe Alexandrina illis solum fuerant
 illatæ, qui cum Arianis communicare re-
 nuerant. Ex actis, quibus se accusati
 purgaverant, calumniatorum infamiam
 incurrebant, cum perdere viros innocen-
 tes voluerint. Theognis particulariter
 crimine falsi tenebatur, quod litteras
 contra Athanasium, Marcellum, & Ascle-
 pam confinxisset, ut Imperatoris iram in
 eos concitaret; hæ litteræ in Concilio
 lectæ, quarum falsitatem aliqui, tunc tem-
 poris,

poris, quo scriptæ sunt, Theognis Diaco-
ni demonstrarunt. Valens Ecclesiam
suam Mursensem voluisse derelinquere
convictus est, ut Aquileiensem multo pin-
giorem usurparet, atque, seditione hac
de causa commota, quemdam Episco-
pum, nomine Viatorem, in tumultu ita
pressum, & conculcatum, ut tertia die
in ipsa urbe Aquileja animam efflaverit.

Quamobrem S. Concilium in Eusebia-
næ factionis Principes, huc usque in Ec-
clesia toleratos, damnationis sententiam
pronuntiavit, nempe Theodorum Hera-
cleensem, Narcissum Neroniadenum, Ste-
phanum Antiochenum, Georgium Lao-
dicenum, Acacium Cæsariensem in Palæ-
stina, Menophantem Ephesinum, Urfa-
cium Singidunensem, & Valentem Mur-
sensem. Octo isti depositi fuere, & ex-
communicati, id est, non solum Episcopa-
tu, sed etiam Fidelium Communionem pri-
vati. Eadem sententia in tres usurpato-
res Sedium S. Athanasii, Marcelli, & Ascle-
pæ, id est, Gregorium Alexandrinum, Ba-
silium Ancyranum, & Quintianum Ga-
zensensem lata. Omnibus Fidelibus pro-
hibitum, ne quis eos pro Episcopis habe-
ret, communicaret, litteras vel daret,
vel acciperet.

Sæculum IV.
A. C. 347.

Synod ad
Jul.

Synod. ad
omn. p. 766.

Sæculum IV.

A. C. 347.

§. XXXVI.

Epistolæ Concilii Sardicensis.

Ap. Athan.
apol. 2. p.
756. Ap.
Theod. II.
c. 8.

Epist. Syn.
ad Alex.

Hæc fuit Concilii Sardicensis sententia quam datis quatuor Epistolis Synodalibus declaravit, una ad Imperatorem, altera ad omnes Episcopos, tertia singularim ad Julium SS. Pontificem, quarta ad illas Ecclesias, quarum Episcopi fuerant restituti. Habemus epistolam ad Ecclesiam Alexandrinam datam, item eam ad omnes Episcopos, & ad Julium Papam, at, quæ ad Imperatores scripta erat, desideratur; hæc narrationem continet omnium eorum, quæ acta fuerant, & rogabantur Imperatores, ut Arianorum, Catholicos persequentium, furorem coercerent, & prohiberent Magistratus, quibus Republicæ tantum cura incumberet, nec Clericos ad suum tribunal traherent, nec auctoritatem Sæcularem ad vexandos Fideles rerum Ecclesiasticarum obtentu interponerent.

Patres in Epistola ad Pontificem excusationem, quod ipse ad Concilium non venisset, recipiunt, & addunt; par esse, ut Episcopi ex omnibus Regionibus negotia ad Ecclesiæ Caput, id est, ad Sedem Apostolicam Petri, deferrent. (*) Tunc sum.

(*) Præclari pro Auctoritate Romanæ Sedis testes! quorum verba Interpres Proteſtans hic quidem

ER XII.

summatim, quæ in Concilio acta sint, memorant, nempe circa fidem, Episcopos læsos, & Arianorum crimina; nam tria hæc sibi pertractanda proposuerant, *Quia Imperatores, inquit: consenserunt, ut omnia novo examini subicerentur.* Patres deinde Pontificem omnia intellecturum dicunt ex actis, scriptis, ex iis, quæ Legati ejus oretenus relaturi essent, & ex Epistola ad Imperatorem, cujus descriptionem mittebant. Tandem rogant, ut ea scriptis litteris communicet Episcopis Italiae, Siciliae, & Sardiniae, ne ex ignorantia Epistolas ab iis, quos Concilium excommunicavit, accipiant.

Sæculum IV.
A. C. 347.

In Epistola ad Ecclesiam Alexandrinam continetur; exactissimam sententiae justitiam, a SS. Pontifice pro S. Athanasio latae, Concilio fuisse perspectam, unde sequitur eam in Concilio fuisse examinatum. Tum Patres, Eusebianos calumniatores esse tum ex eorum agendi ratione, tum ex accusationum falsitate probant; post hæc hortantur Fideles Alexandrinos, ante omnia fidem Catholicam conservarent, pro hac, & Episcopo suo

tom. 3. Cont.
p. 664. & ap.
Athan.
p. 756.

quidem pro veritate fideliter, at in rem suam, & omnium Protestantium pessime vertit.

Hist. Eccles. Tom. III. Hh

ensis.
sententia
olis Syno
peratores
rtia singu
n, quarta
iscopi fue
lam ad Ec
item eam
m Papam
a erat, de
ontinebat
ant, & ro
orum, Ca
m coercer
s, quibus
beret, ne
ent, nec
andos Fi
otentu in
em excu
ium non
par esse,
ous nego
d Sedem
) Tunc
sum.

manæ Sedis
estans hic
quidem

Sæculum IV. suo Athanasio omnis generis persecutio-
 nes libenti animo sufferrent, quas laudabi-
 lis Martyrii speciem reputarent. De
 positionem Gregorii, seu potius ordina-
 tionis ejus nullitatem declarant, eosque
 omnes, qui sive timore, sive fraude indu-
 cti, cum eo communicarunt, ab ipso re-
 cedant, & ad unitatem Ecclesiæ Catho-
 licæ redeant, paterne excitant. Hinc
 Epistolæ junctum erat exemplum alia-
 rius, ad omnes Episcopos datæ, *ut etiam*
vos, inquit Concilii Patres, in ea, qua
disposuimus, consentiatis. Denique Epi-
 stola ad omnes Episcopos amplam eorum
 omnium, quæ in Concilio gesta sunt, ex-
 positionem continet, ex illa enim potissi-
 mum hujus Concilii Historiam didici-
 mus, atque verbis sequentibus clauditur:
*Curate, charissimi Confratres nos-
 stri, ut consensum vestrum, tanquam pre-
 sentes in Spiritu, in nostrum Concilium*
*detis, eumque vestra subscriptione testi-
 mini, ut sententiæ unitas inter omnes no-
 stros Collegas conservetur.* Quidam
 huic Epistolæ professionem fidei, propo-
 sitam quidem, sed a Concilio rejectam,
 adjungunt; hæc autem omnino omitti
 debet.

tom. 2. Conc.
 p. 670. ap.
 Athan.
 p. 760.

ap. Hilar.
 fragm. ap.
 Theod. II.
 c. 8.

Theodor.
 ibid. v. Valef.

§. XXXVII.

Sæculum IV.
A. C. 347.*Canones Sardicenses.*In Concilio Sardicensi viginti Canones, *tom. 2. Conc. p. 644.*

Disciplinam Ecclesiæ spectantes, conditi, varii a variis Episcopis, plerique autem ab Osio in medium allati, & a cæteris omnibus approbati. Primi duo translationes prohibent his verbis: *Osius Episcopus Cordubensis dixit: Consuetudo perniciofa radicitus tollenda est, & non permittendum, ut ullus Episcoporum ab urbe sua ad aliam transeat. Nullus unquam inventus est, qui, relicta Ecclesia divite, transferit ad pauperem, certissimo argumento, tales nulla alia ratione, quam avaritia, & ambitione moveri; si vobis omnibus videatur, abusus iste severius punietur, ita ut, qui eum admiserit, etiam a Communione Laica repellatur. (*)* Omnes respon-

Can. I.

H h 2 derunt:

(*) Hier will uns der Uebersetzer belehren, was die Communio Laica gewesen sey, und drücket seine Gedanken ganz glimpflich also aus: Es ist hiebey nöthig, etwas von derjenigen Strafe zu gedenken, die hier demjenigen Bischöfe angekün- diget wird, der sich gelüsten liesse, ein größeres Bisthum mit einem kleinern zu vertauschen. Denn es ist nichts ungewöhnliches, daß

Sæculum IV. derunt: *Approbamus.* Osius subjunxit
 A. C. 347. *Si quis ita desipiat, ut excusare factum*

Can. 2.

daß mit der *Communione Laica* allerhand
 falsche Begriffe verbunden werden, sonderlich
 von denen, die *Bellarminum* zum Lehrmeister
 annehmen, der nach seiner Phantasia eine Aus-
 legung gemacht, daß nämlich dadurch nichts
 anders gemeinet werde, als daß ein solcher
 Geistlicher das Heil. Abendmal nur unter
 einer Gestalt genießen solle. ꝛc. So redet ein
 elender Mensch, der sich seines Namens schämen
 muß, vom Cardinal Bellarmino. Es ist kein Wunder,
 daß dieser Protestant so sehr aufgebracht ist
 wider den Bellarminus, welcher den Kernitz, de
 Sacramento Eucharistiæ L. IV. C. XV. ad
 des Lügens überführet hat. Nun die Anmerkung
 unsers Protestanten hat eine zweifache Absicht:
 erstlich den Cardinal zu beschimpfen, und dann zu
 zeigen, die Genießung des Heil. Abendmals unter
 einer Gestalt sey in der Kirche kein alter Brauch.
 Bellarminus hat nicht nach einer wunderlichen
 Phantasia, sondern aus erheblichen Gründen be-
 hauptet, daß *Communio Laica* sey *Communio sub*
una specie, und Lib. IV. de Sacram. Euchar. c. XXIV.
 den Philippus widerleget, welcher sagte in Apolog.
 Conf. Aug. *Communione Laicam dictam esse*
Communione Laicorum, non quod esset sub
una specie tantum, sed quod esset eorum, qui
non consecrabant. &c. Auf dieses antwortet
 Bellarminus: *At si Res ita se haberet, ut Phi-*
 lippus

velit, dicendo, se per litteras a populo vo- Sæculum IV.
 catum esse, manifestum est, paucos eorum A. C. 347.

H h 3

de

lippus dicit, hæc pœna non fuisset inflicta Diaconis, aliisque inferioribus Clericis, ad quorum Ministerium nunquam spectavit Evcharistiam consecrare, sed solum Presbyteris, & Episcopis. &c. Obwohl nun Bellarminus von Katholiken selbst, und namentlich vom Cardinal Gotti, Tom. II. Tract. VII. Quæst. IV. widerleget wird, so bleibt doch unserm Uebersetzer das unverschämte Maul, soust würde folgen, daß wenn zween Protestanten einander entgegen gesetzte Meinungen vertheidigten, eine Parthey phantasiren müste.

Was das Alterthum der Communion unter einer Gestalt, betrifft, so findet man schon davon Beispiel zur Zeit des uralten Tertullianus. Fleury saget im ersten Tomo. pag. 493. *Tertullien parle de l' Evcharistie. Les Chretiens l'emportoient dans leur Maison, pour pouvoir communier tous les jours: & on voit ici, que des lors on communicoit a jeun, & souvent sous la seule espece du pain.* Zu deutsch: *Tertullianus redet von der Evcharistia. Die Christen trugen solche nach Haus, damit sie alle Tage communiciren könnten: Und hieraus sieht man, daß man schon damahls nüchtern, und oft nur unter der Gestalt des Brodes communicirte.* Denn man findet kein Zeugniß, und ist es ganz und gar unwahrscheinlich, daß die Christen auch etwas von dem Heil. Blut sollen mit sich nach

Sæculum IV. de numero, quorum fides sincera non est
A. C. 347. pecunia corrumpi potuisse, ut in Ecclesia clament, & hunc Episcopum possident. Hinc simpliciter damnandas esse pessimas artes, & qui talium sint, etiam in morte Communione privandos. Si æquum esse existimatis omnes, edicite! Respondit Concilium: *Æquam*

nach Haus genommen haben. Man trug das selb. Abendmal zu den Kranken, und findet man widerum keine Anzeige, daß man auch das consecrirte Blut hingetragen.

Cardinal Bellarminus Lib. IV. Cap. XXIV. führt folgendes Zeugniß an: *In Latina Ecclesia usus fuit, & adhuc manet FERIA VI. Hebdomadæ Sanctæ. Nam eo die non fit Consecratio, ipse etiam Sacerdos in publica actione communicat sub una specie. Hujus Consuetudinis quod attinet ad Latinos, meminit Innocentius I. in Epist. I. c. 4.* Hierauf folgen noch mehrere Zeugnisse, und endlich die Worte: *Ex quo intelligimus in publico etiam Cætu Ecclesiæ usum fuisse unius speciei, idque ab annis plus mille.* Mit diesem ist für den Melancthon, und den Keniz, denn unsers elenden Uebersetzers ist nicht zu gedenken, sattfam erwiesen, daß die wahre Kirche zwar allzeit geglaubet habe, es wäre niemal erlaubt nach der Einsetzung Jesu Christi unter einer Gestalt zu consecriren, wohl aber, daß die Kirche aus erheblichen Ursachen nur unter einer Gestalt communiciren könnten.

Æquum esse existimamus. Hac in re ^{Sæculum IV.}
 Concilium Sardicense Nicæno derogat, ^{A. C. 347.}
 statuenti, nemini, in articulo mortis Com- ^{Can. Nic. 13.}
 munionem petenti, esse denegandam.

De ordinationibus Episcoporum se- ^{Can. 5. lat.}
 quentem etiam Canonem Osius propo-
 suit; si unus super sit Episcopus in ali-
 qua Provincia, ubi plures fuerant, & po-
 pulo jam congregato, ad alium ordinan-
 dum venire negligat, vicinæ Provinciæ
 Episcopi eum invitent, ut inter ipsos com-
 pareat, & Episcopum ordinent, in ali-
 quam ex sedibus vacuis imponendum;
 si litteris eorum non respondeat, populo
 satisfaciunt, & sine ipso Episcopum ordi-
 nabunt. Cæterum non liceat in pago, ^{Can. 6.}
 aut civitate tam parva, ut ei sufficere
 unus Presbyter possit, Episcopum ordina-
 re, ne Nomen, & Dignitas Episcoporum
 multitudine vilescat. Igitur qui ex alia
 Provincia ad hoc invitati sunt, in iis
 tantum urbibus ordinent, ubi antea E-
 piscopi fuere, aut amplitudine, & popu-
 lorum numero dignæ sint, ut proprium
 Episcopum habeant. Ne his verbis: Ur-
 bium amplitudine, & populorum nume-
 ro, fallamur, attendendum, quales urbes
 Concilium intelligat, in quibus Episco-
 pus non sit ordinandus, nempe tales,
 quibus in Sacrorum administratione u-
 nus Presbyter possit sufficere; hinc E-
 piscopatuum multitudinem mirari desi-

Hh 4 nemus,

Sæculum IV. nemus, quos in omnibus Regionibus
 A. C. 347. præ cæteris populorum frequentia
 tis, in his primis Sæculis invenimus.
 Falsa Ischyra ordinatio huic Canoni
 condendo occasionem dedisse videtur.

Can. 13. lat. Eusebianorum molimina forte
 10. Græc. quenti Canoni ponendo causam dederim.
 Si vir dives, causidicus, negotiis sæcu-
 laribus implicitus, in Episcopum postu-
 latur, nisi prius functiones Lectoris, &
 Diaconi, aut Presbyteri peregerit, non
 ordinetur; per omnes hos gradus tran-
 sibat, & in his morabitur, ut interim
 des ejus, modestia, morum gravitas as-
 stimari possint, & ad Episcopatum eve-
 hi, si dignus sit. Non facile ordinate
 Can. lat. 18. Neophytos liceat. Episcopis etiam præ-
 Gr. 15. cipitur, ne Confratrum suorum Cleri-
 cos ad se alliciant, aut unquam sine E-
 piscopi sui consensu ordinent, *Quia, in-
 quiunt: ex his ordinationibus lites, & dis-
 cordia oriri solent.*

§. XXXVIII.

Canones de Residentia.

Can. 8. lat. Plures in hoc Concilio Canones legun-
 Gr. 7. tur de Episcoporum Residentia; præ-
 fertim illorum profectioes ad Regiam
 damnantur; novus erat iste abusus, nu-
 per post Imperatorum Conversionem ad
 fidem natus. Propterea Osius in hunc
 modum

modum conqueritur: *Importunitas, qua nos in Principum aulam inferimus, familiaritas nostra, & injustæ preces efficiunt, ut apud Principes gratia, & auctoritas, qua pollere deberemus, pereat. Sunt Episcopi, præsertim Africani, quibus semper in aula aliquid actitandum; bi, scimus enim, bonum consilium Confratris nostri Grati contemnunt (erat is Episcopus Carthaginensis in Concilio præsens) pergit Osius: quæ in aulis tractant, nullam Ecclesiæ utilitatem afferunt, officia, & dignitates sæculares pro aliis petunt. Episcopos decet pro viduis, & orphanis spoliatis intercedere, cum sæpe persecutionem patientes Ecclesiæ opem implorent, sicut etiam ad exilium, vel alias pœnas damnati. Si ergo vobis videatur, decernite, ne Episcopis, exceptis bis solis causis, ad Regiam proficisci liceat, & si per litteras ab Imperatore vo-centur. Dixerunt omnes: Volumus, decretum sit.*

Osius subjungit: *Ut omnis adeundi Regiam occasio Episcopis rescindatur, satius erit, ut, si tales profectiones charitas imperet, Diaconus mittatur, qui minori scandalo ibi versabitur, & promptius responsum feret. Ita decretum est. Et adjectum, ut singularum Provinciarum Episcopi supplices libellos, & Diaconum, eos ferentem, ad Metropolitanum*

H h 5

tanum

Sæculum IV.

A. C. 347.

Sæculum IV. tanum mitterent, ab eo Epistolas com-
 mendatitias accepturum ad illarum re-

A. C. 347.

Can. 10. lat.

bium Episcopos, ubi Imperator tunc moraretur. Si cui Episcopo in aula amicum sint, his petitiones honestas, & pias per Diaconum commendare poterit. Si in urbem Romam venerint, Episcopo Romano libellos, quos perferunt, exhibeant, ut indicet, an æqua, & honesta petantur, & ad Regiam permittat. Hæc iterum ab omnibus approbata.

Can. 11. lat.

20. Gr.

Gaudentius, Episcopus Naïssensis in Mœsia, addidit; necessarium sibi videtur poenam depositionis ab Episcopatu in horum Canonum transgressores statuere, causa judicialiter cognita, ut metu coercerentur, *Atque ut, quæ præcedenter statuta sunt, inquit: certius effectui dentur, nos, qui ad Canalem (ita v. publicæ appellabantur) habitamus, si quis Episcopum proficiscentem viderit, quod vadat, & quibus ex causis? inquiramus, ad aulam vadat, videamus, an illuc vocatus fuerit, quod si, ut importune sollicitet, sicut dictum est, itineretur, non subscribamus Epistolis ejus, imo ab ipsa Communione excludatur.* Omnibus æqua sta-

v. Berg. Gr.

Chemins.

Liv. IV. Ch.

18. n. 9.

tuisse visus est; nisi quod Osus restrictionem adjecerit, ut illi, qui per vias publicas iter facerent, antequam hoc Concilii Decretum ad eorum notitiam devenisset, ab Episcopo Diœcesis mone-

rentur,

rentur, & qui fuisset ita monitus, ex illa urbe dimisso ad Regiam Diacono, ipse in suam Ecclesiam reverteretur.

Alium quoque abusum Osius emendari cupiebat. *Non nunquam Episcopus, inquit: in aliam Diocesim, aut Provinciam venit, ibique diutius ambitiose moratur, eo quod loci Episcopum forte eloquentia se inferiorem sciat, sæpe dicit ad populum, ut alterius contemptum, & sui desiderium in auditorum animis pariat, & tandem ad hanc Ecclesiam vocetur. Ideo commorationis tempus definite, sicut enim advenientem Episcopum excludere inhumanum, ita ipsum justo diutius in hospitio hæere periculosum. Recordor, fratres nostros olim in Concilio præscripsisse, si Laicus tribus Dominicis continuis, id est, tribus septimanis, a conventu illius urbis, ubi habitat, absens fuisset, communionem privandum; si hæc pro Laico statuta sunt, quanto æquius est, ne Episcopo a sua Ecclesia longiori tempore, sine magna necessitate, abesse liceat? Igitur ut hoc statuere- tur, omnibus placuit. Concilium, de quo Osius hic loquitur, Illiberitanum fuisse creditur, cui ante quadraginta duos annos interfuerat, ibi enim ejusdem tenoris canon invenitur. Sequentem etiam adjunxit canonem, ab omnibus comprobatum. Sunt Episcopi, qui in sua*

Dicæ-

Sæculum IV.
A. C. 347.

Can. 12. lat.

Can. 14. lat.
II. Græc.

Canones.

Canon. Illib.
c. 21. Can.
Sardic. lat.
15. Gr. 12.

Sæculum IV. Diocesi pauca bona possident, multa
A. C. 347. tem in aliis locis, quibus pauperes ju-
 re possunt; his tribus septimanis in illis
 locis, ubi bona sita sunt, manere liceat, & in
 quibus fructus colligant, & ne Episcopus
 talis vel unica Dominica a sua Ecclesia
 absit, in Ecclesia, illis locis proxima
 divinum officium peragat, ubi alias Pres-
 byter sacra facere consuevit; non valde
 frequenter Ecclesiam illius urbis adeat,
 ubi Episcopus residet, ne superbæ suspi-
 cionem incurrat, tamen absque rei sue
 domesticæ detrimento. Hæc regula, quæ
 quis Episcopus tribus septimanis a sua
 Ecclesia absit, etiam ad Presbyteros, &
 Diaconos extensa est, postquam Aetius
 Episcopus Thessalonicensis exposuit, in
 urbem suam amplissimam, & Macedo-
 niæ Metropolim Presbyteros, & Dia-
 conos ex aliis Provinciis advenire, quibus
 post longam moram, ut domum redirent,
 vix persuaderi posset. Olympius Episcopus
 Enosanus in Thracia adjiciendam
 esse exceptionem putavit in favorem Episcoporum,
 qui injuste persecutionem passi, ob defensionem
 veritatis sedibus suis expulsi essent; his alibi
 morari liceret, donec ad suos reverti libertas
 ferretur, cum omni officiorum genere coli-
 merentur. Casus ejusmodi tunc temporis
 Arianorum perfidia erant frequentissimi.

Can. lat. 20.

Gr. 16.

Can. lat. 21.

§. XXXIX.

Sæculum IV.
A. C. 347.

Canones de Judiciis Ecclesiasticis.

Exinde, quod jam antea statutum, confirmatur, ne Diaconus, Presbyter, aut alius Clericus, a suo Episcopo excommunicatus, ab alio recipiatur, & Episcopus, qui excommunicatum sciens cum injuria Confratris sui ad suam Communionem admitteret, facti rationem in conventu Episcoporum reddere teneretur. Subjunxit Osius; si quis Episcopus, plus justo iracundiæ æstu abreptus, Presbyterum, aut Diaconum suum excommunicaverit, excommunicatus Episcopos vicinos adire poterit, & audiri debet; Episcopus, qui eum condemnavit, non vitio vertat, si causa a pluribus examinetur; interim ante examen initum nemo audeat cum damnato communicare. Si Episcoporum Conventus in Clericis contemptum sui Episcopi, & insolentiam deprehenderit, tales severe increpentur, sicut enim Episcopi est, Clericos suos sincera charitate complecti, ita Clericorum est Episcopo suo humillime submitti.

Can. lat. 16.

Gr. 13.

Can. lat. 17.

Gr. 14.

Regula etiam posita est judicandi Episcopos, estque canon iste inter omnes Concilii Sardicensis celeberrimus. Post duos primos Canones, quibus translationes prohibentur, atque, ut tollantur etiam

Can. 3.

Sæculum IV.

A. C. 347.

tiam translationum occasiones, similiter profectioes Episcoporum inutiles reprobantur, Osius inquit: *His quoque adiciendum; ne quis Episcopus ex sua Provincia in aliam, ubi alii Episcopi sunt transeat, nisi a Confratribus invitatus, nam viam charitati præcludere nolumus.* Et, ut omnis causa transeundi amputetur, iterum ait: *Si inter duos Episcopos ejusdem Provinciæ lis exoriatur, neutri eorum Episcopum alterius Provinciæ arbitrum eligere liceat. Si quis Episcopus, damnatus in judicio, ita cause sue confidat, ut hanc de novo in Concilio examinari desideret, honoremus, si vobis deatur, S. Petri Apostoli memoriam, qui causam primo judicarunt, scribam ad Julium Episcopum Romanum, cui, visum fuerit, repetendum esse judicium. Judices det; si primæ sententiæ instandum crediderit, quidquid disposuerit, ratum esto.* In hunc Canonem omnes consenserunt. (*) Episcopus Gaude-

Can. 4.

(*) Hier hat unser Protestant wiederum eine Anmerkung daher geschmieret. Er saget; Auf diese Verordnung, welche für den römischen Stuhl sehr vortheilhaft abgefasset ist, können nicht viel gebauet werden. Denn, heisset es. Es ist einmal bekant, daß Hosius eine vornehm-

tius adjunxit, appellatione pendente, a-
lium Episcopum in locum depositi non esse

Sæculum IV.
A. C. 347.

tende Neigung zur Erhebung des römischen
Stuhls gehabt . . . daher die andern Bi-
schöfe, wenn er etwas vortrug, weiter nichts
als Jaherren vorstellten . . . die abendlän-
dischen Bischöfe . . . glaubeten, was sie für
ein gutes Werk stifteten, wenn sie dem Bi-
schofe zu Rom unter den abendländischen be-
sondere Vorzüge zugestünden, ohnerachtet
solches den Kirchenordnungen der vorigen
Zeiten gerad entgegen war . . . Julii Nach-
folger . . . haben ein göttliches Recht da-
raus gemacht. . . Weder die orientalischen,
noch die africanischen Bischöfe, haben sich da-
durch niemals binden lassen. zc. zc. So ver-
nünftlet dieser Mensch, und verlässet die klare
Wahrheit, so in der Heil. Schrift enthalten ist.
Ja wohl! mein Uebersetzer! ja wohl! Weder der
Bischof Osius, noch seine sogenannte Jaherren,
noch die abendländischen Bischöfe, noch die Päbste
selbst haben aus dieser Sardicensischen Satzung
ein göttliches Recht gemacht, sondern es war vom
Anfang der Kirche schon ein göttliches Recht, wel-
ches JEsus Christus dem Heil. Petrus gegeben,
als er zu ihm allein gesagt: Pasce oves meas!
Joan. 21. Confirma Fratres tuos! Luc. 22. und
dergleichen. Denn sage er ob diese Worte Chri-
sti etwas bedeuten oder nicht? Hat sie vielleicht der
Heiland nur so in den Wind hinaus geredet? Die
Schrift, die Schrift, mein Uebersetzer! giebt die-
ses

es, similite
tiles repro
quoque ad
ex sua Pr
zscopi sum
invitati
re nolunt
di ampun
s Episcopo
tur, ne
rovincia
quis Episc
causa su
Concilio
si vobis
memoriam
t, scribam
num, cui
judicium
entia in
disposuerit
nem omnes
as Gauden
erum eine
et; Auf die
römische
et ist, Köm
n, heißet die
eine vorre
tend

Sæculum IV. esse ordinandum, donec Episcopus
A. C. 347. manus causam definiverit.

ses Recht dem römischen Bischofe. Er hält
 les auf die Schrift, so wie die Juden (S
 Templum Domini! Templum Domini! Nur
 de! daß er solche nicht versteht, und außer der
 mischen Kirche nicht verstehen kann.

Daß dieses Recht den Kirchenordnungen
 vorigen Zeiten gerad entgegen war, ist wider
 Wahrheit hingeschrieben. Man kann keine
 Ordnung namhaft machen. Es ist kein Patro
 chat in Orient, noch in Aegypten gewesen, welche
 nicht, und öfter als einmal zu dem römischen
 Stuhl durch Appellation seine Zuflucht genom
 men. Nur daß unser Uebersetzer in seiner sch
 chen Phantasie sich nicht vorbilde, es hätte das
 welches Christus der Herr dem Heil. Petrus
 liehen, von ihm also gleich über die übrigen
 Apostel, und von seinen Nachfolgern in den
 folgenden Jahren über die ganze Kirche vollkom
 men müssen ausgeübet werden. Es sind die
 sthümer, Erzbisthümer, Patriarchate, und Un
 nungen nach und nach entstanden, und so
 auch nach, und nach die Ursach, und Nothwendig
 keit klärer erkannt, warum Christus dem Heil. Pe
 trus diesen Gewalt eingeräumet habe.

Ein Protestant kann einwenden; es waren
 Bischöfe gleich, und hatten einen gleichen
 von Jesu Christo empfangen. Mit Erlaub
 dieses verhält sich nicht so; die Worte,
 Christus im Evangelio zu Petro geredet, er
 etwas anders, und wenn Christus der Herr

Ut præcedenti canoni majorem lucem affunderet, Osius dixit: Quando Episcopus, a Concilio Provinciali depositus, ad Episcopum Romanum recurrerit, & appellaverit, si Pontifex causam de novo examinandam judicaverit, ad Episcopos vicinæ Provinciæ scribet, ut ipsi judices sint; & si Episcopus depositus Romano Episcopo persuaserit, ut aliquem Presbyterorum, qui lateri ejus harere solent, judicem mittat, facere poterit, & delegatos mittere, qui suo Nomine cum Episcopis judicent, sin existimet, auctoritatem Episcoporum ad causam decidendam sufficere, quod melius visum fuerit, faciet. Sententia, quam Julius Papa cum Concilio Romano pro S. Athanasio,

Sæculum IV
A. C. 347.
Can. 7. lat.
5. Græc.

nem einen grössern Gewalt gegeben hätte, als dem andern, so wären nothwendig nur solche Kirchen entstanden, welche sich gegen einander würden verhalten haben, wie heut zu Tage alle diejenigen, welche sich von der römisch Katholischen abgesondert haben, das ist so viel Kirchen als Fürstenthümer, in welchen man weder in der Glaubenslehre, noch in der Disciplin übereins kömmt. Gott behüte uns vor diesem Unheyl. Unser prablerische Uebersetzer aber wird alsdenn einmal tüchtig werden die Lehre von dem Gewalt des römischen Pabstes zu widerlegen, wenn ein Cameel die Harpfe zu tractiren wird begriffen haben.



Sæculum IV. & aliis Episcopis persecutionem passi
 A. C. 347. pronuntiaverat, huic canoni ponendo
 ansam præbuisse videtur, & vidimus fu-
 perius, quod Julius conquestus fuerit
 S. Athanasii causam sine sui participatio-
 ne fuisse judicatam. Tale fuit genuinum
 Sardicense Concilium. Præter Episco-
 pos præsentis, alii plures subscripserunt
 exemplis, ad se allatis; horum S. Atha-
 nadius ultra trecentos numerat.

Sup.

§. XXIV.

Apol. 2.

p. 720.

§. XL.

Conciliabulum Philippopolitanum.

Soz. III. c. Interim Orientales, qui Sardica recesserant, Philippopoli in Thracia, urbe in
II. to. 2. Constantii Ditione haud procul Constanti-
Conc. p. 699. nopoli substituerunt; inde, tanquam illi
ex Hilar. verum Concilium constituerent, Episto-
fragm. lam scripserunt ad Gregorium Sedis Alexan-
 drinae usurpatorem, Amphionem
 Nicomediensem, Donatum Episcopum
 Schismaticum Carthaginensem, Deside-
 rium Campaniensem, Fortunatum Neo-
 politanum, Eutyrium Ariminensem, Ma-
 ximum Salonensem in Dalmatia, & uni-
 versim, ut ipsi dicunt, ad Episcopos, Pres-
 byteros, & Diaconos Ecclesiae Catholicae,
 phrasi utrique parti semper communi.
 Dicunt se congregatos fuisse Sardicae et
 diversis Orientis Provinciis, quas enu-
 merant, & Concilium celebrasse. In-
 titium

tium faciunt, zelum suum ostentando pro ^{Sæculum IV.}
 Ecclesiæ Disciplina conservanda, & ju- ^{A. C. 347.}
 dicii ab Ecclesia semel lati firmitate;
 tum causam Marcelli Ancyrani expo-
 nunt, cujus condemnatio ignaris magis
 speciosa videbatur. Ipsum hæreses Sa- ^{Sup. L. XI.}
 bellii, & Pauli Samosatani reduxisse ac- ^{S. 54.}
 cusant, & ajunt, in Concilio Constanti-
 nopolitano sub Magno Constantino cele-
 brato sæpius erroris admonitum, & re-
 prehensum, tandem judicialiter fuisse
 condemnatum. Inde ad causam S. Atha-
 nassii transeunt; quem ut Sacrilegum,
 & Mysteriorum profanatorem accusant,
 quod propriis manibus sacrum calicem
 fregisset, altare comminuisset, Cathe-
 dram Sacerdotalem evertisset, Ecclesiam
 funditus diruisset, & Sacerdotem carce-
 ri mancipasset. Nempe Ischyrae calum-
 niam recoquunt. Supra Arsenii fabulam
 leviter transiliunt, sed die Paschatis in-
 jurias vimque multis illatam ipsius causa
 dicunt, quorum omnium Athanasium
 reum faciunt; hujus calumniæ occasio-
 nem haud facile quis divinaverit, cum
 de illis tantum hic loqui possint, quæ e-
 xilium ejus præcesserunt, quippe subjun-
 gunt, propter tanta crimina primo Conci-
 lium fuisse indictum Casareæ in Palæsti-
 na, deinde Tyri celebratum, ubi Episco-
 pi, ex multis Provinciis congregati, ne
 ex levibus indiciis judicasse viderentur,

Sæculum IV. illustrissimos quosdam ex cœtu suo de
 A. C. 347. legassent, qui, cum in ipsis locis præses-
 tes, oculis suis veritatem comperissent, omnia ad Concilium retulissent. Hic de missione in Mareotidem sermo. Tandem Athanasium, præsentem, damnatum, aufugisse, & ad Imperatorem appellasse, qui causa examinata, & criminum veritate comperta eum exilio multasset.

At vero, ulterius inquirunt: ubi redeundi potestatem obtinuit, post longum tempus ex Gallia Alexandriam revertens, pejora prioribus commisit; per viam ubivis in Ecclesia turbarum causa fuit, dum in quibusdam locis damnatos Episcopos restituit, aliis restitutionem promisit, Episcopos intrusos infideles, viventibus veris Pastoribus, atque hæc vi, & Gentilium armis perfecit, huc Legum contemptus, & desperatio virum deduxit! Cum denique S. Episcopus Concilii auctoritate in sedem ejus fuisset immissus, Gentiles excitavit, Templum Dei incendit, altare demolitus est, atque, perfecto facinore, fugam se abstulit. Hic de Gregorii invasione loquuntur, & quæ hac occasione violenter gesta, S. Athanasio tribuunt, inimici ejus scelera in ipsum rejicientes.

Paulum etiam Constantinopolitanum, Marcellum Ancyranum, Asclepam Gazensem,

zensem, & Lucium Andrinopolitanum multorum criminum, vis adhibitæ, & Sacrillegiorum incusant, quæ omnia in eorum Epistola legi possunt; at, cum exploratum sit, eos in causa S. Athanasii enormiter mentiri, prudens lector, quam fidem in aliis mereantur, nobis non ita perspectis, facile æstimabit. Post hæc Orientales rursus in S. Athanasium inveniuntur, dicentes in sua Epistola, ipsum per varias Regiones peregrinatum, SS. Episcopis imposuisse fraudibus, & adulationibus, præsertim Ægyptiis, iis nempe, quibus scelerum ejus nulla esset scientia; ubique Epistolas commendatitias emendicasse, quibus Ecclesiæ tranquillitas turbetur. His addunt: *Laudes & testimonia eorum, qui iudices non fuerunt, nec præsentibus, quando de Athanasio quæstio habebatur, nihil valeant contra sententiam, a tanto tempore Sanctorum Episcoporum ore latam. Tandem, ubi hæc omnia nihil sibi prodesse vidit, Romam ivit ad Julium, & quosdam alios Italiæ Episcopos, eosque Epistolis, quæ mendaciis scatent, decepit; hunc illi reprehensibili levitate in suam communionem receperunt; hinc, ut factum proprium excusent, ejus causam qualemcunque tueri coguntur. Omnes alii, quorum crimina explorata, jam Marcello, & Athanasio se junxere, nem-*

Sæculum IV. *pe* Asclepas ante septendecim annos, id
 A. C. 347. *est, in Concilio Antiocheno anno 330. de-*
positus, Paulus, Lacijs, atque illis si-
Sup. L. XI. miles. Inita societate Regiones externas
 §. 41. *pervagati sunt, fugientes illam Provin-*
ciam, ubi crimina perpetrarunt; vicinia
etiam suspecta fuit, sed in Provinciis
remotis, ubi nullus erat accusatorum
suorum timor, coram illis causam di-
xerunt, qui homines non noverant, his,
ne iudicibus suis fides habeatur, persua-
serunt. Hem vulpinam astutiam! sciunt
plures accusatores suos, iudices, & te-
stes inter vivos jam non esse; hinc ite-
rum judicari petunt rem, jam toties judi-
catam; credunt temporis longitudine cri-
minum suorum memoriam deleri potuis-
se, jamque in iudicio defendere se vo-
lunt coram nobis, qui nec accusatores
eorum, nec iudices fuimus, postquam o-
lim coram facie adversariorum suorum
causa ceciderunt.

§. XLI.

Querimonie contra Concilium
Sardicense.

Athanasius, in Italiam, & Galliam de-
latus, novum iudicium petit impor-
tunis precibus, quibus cum Julius Episco-
pus Romanus, Maximinus Trevirensis, O-
sus, pluresque alii præpostere assensum de-
dere,

dere, ab istorum imprudentia, & Imperatoris bonitate obtinuit, ut Concilium Sardicæ celebraretur. Imperatoris epistolis vocati, ubi advenimus, comperti sumus, Athanasium, Marcellum & cæteros, perditissimos homines, juste damnatos, & Conciliorum judicio depositos, in medio Ecclesiæ cum Osio, & Protogene sedere, loqui etiam, & nefas! Divina Mystéria celebrare. Protogenem non pudebat, cum Marcello communicare, cujus hæresin quater in Conciliis tam viva voce, quam Episcoporum judicio subscribens, damnaverat. Similiter S. Athanasium, quod Asclepam, & S. Paulum, quod S. Athanasium damnaverit, arguunt; at nullæ horum factorum probationes aliunde suppetunt.

Nos vero, prosequuntur Orientales: Ecclesiasticæ Disciplinæ inhærentes, illis, qui cum Protogene, & Osio congregati erant, præcepimus; suo conventu damnatos excluderent, & cum peccatoribus non communicarent, & deinde nobiscum ausculta- rent, quale judicium in istos homines Patres nostri tulerint. Illi ab eorum communione separari noluerunt, Marcelli hæresin suo consensu firmarunt, Athanasii, aliorumque crimina approbarunt, pluris scelestorum hominum amicitiam, quam S. Fidem, & Ecclesiæ pacem fecerunt. Quid eos ad hæc impulerit, nec suspicari possumus, nisi quod timerent, istos rejiciendo

Sæculum IV.
A. C. 347.

Sæculum IV. se ipsos damnare, quia cum ipsis commu-
A. C. 347. nicaverant. Novum quoque errorem in-
 ducere satagebant; quippe Conciliis Ori-
 entalibus quorundam Occidentis Episcopo-
 rum iudicium præponebant, iudicum ju-
 dices se constituiebant, sententiam eorum,
 qui jam in Deo quiescunt, reformare au-
 debant. Eodem jure Orientales, quæ Oc-
 cidentales ædificant, possent destruere; sed
 nos regulas tenemus, quas a Patribus no-
 stris accepimus; quæ Concilia legitima de-
 creverunt, firma sunt, hæc Ecclesia mu-
 tare non potest, non enim a Deo banc po-
 testatem accepit. Orientales ea, quæ Ro-
 mæ in Conciliis contra Novatum, Sabel-
 lium, & Valentinum iudicata sunt, con-
 firmarunt; & omnes, quæ in Oriente con-
 tra Paulum Samosatenum acta sunt, appro-
 barunt. Ecce hic æmulationis, & in-
 vidia, quam Episcopi Orientales in Occi-
 dentales conceperunt, primordia! cujus
 mali per totum historiæ decursum esse-
 ctus nimis funestos videbimus.

Tunc sic prosequuntur Orientales:
 Sæpe Occidentales rogavimus, ne hanc tra-
 ditionem cum contemptu juris Divini
 everterent, ne totum Mundum diutius tur-
 batum vellent amore unius, vel alterius fla-
 grionis, qui profecto, nisi essent impudentis-
 simi, & omnis Religionis expertes, sponte
 cedere debuerant, & cum Propheta dicere:

Jon. I. 12. projicite me in mare, quia propter me ista
 tem-

tempeſtas excitata eſt. Hos, etiamſi eſſent innocii, omnibus tamen bonis horro-
 ri eſſe oporteret, quod intolerabili ſua
 Dignitatis cupiditate, & inſana ſuperbia
 inconfutilem Chriſti veſtem, quæ eſt Eccle-
 ſia, dilacerent. Propter ipſos coacti ſu-
 mus populorum cuſtodiam dimittere, &
 Evangelii prædicationem; longiſſimam
 profectionem Senes, & infirma valetudi-
 ne ſuſcepimus, non nulli etiam ex noſtris
 in via ægroti remanſerunt; propter ipſos
 vehicula publica deteruntur. Querulan-
 tur populi, & omnium Provinciæ fratres
 anxie exſpectant, quis tandem malo-
 rum exitus futurus ſit. Poſtquam igitur
 per plures dies Oſium, & Protogenem ro-
 gavimus, ut eos expellerent, conditionem
 obtulimus, ut ruruſus quinque Epiſcopi, ſu-
 perſtites, unus enim eorum morte ſublatus,
 qui in Mareotidem delegati fuerant, illuc
 mitterentur; profitebamur etiam nos ul-
 tra non audiendos, niſi accuſationes per
 illam miſſionem veræ eſſe probarentur, ſed
 acceptare noluerunt, imo, ſchiſmaticos
 nos vocitantes, ſeditionem populi in civi-
 tate in nos commoverunt.

§. XLII.

Excommunicatio Julii, Oſii, &
 aliorum.

Cum ergo, hæc ita eſſe, videremus, quis-
 que

Sæculum IV. *que nostrum ad sua redire statuit, prius*
A. C. 347. *tamen Sardica ad vos scribere, ut, que*
acta fuerint, & iudicium nostrum sciretis. Forte Sardicæ hanc epistolam scripserant, quam tamen ante fugam suam Philippopolim publicæ lucis non fecerunt. Sed quidquid sit, ita dictum ipsorum iudicium sic habet: *Nos, octoginta Episcopi, notum vobis hisce facimus, ne quis vestrum decipi se patiatur, & cum Osio, Protogene, Marcello, Athanasio, Asclepa, Paulo, Julio, aut quocunque alio, quos Ecclesia damnavit, & rejecit, aut cum adhaerentibus illis communicet; itaque nunquam ad eos scribatis, aut epistolas accipiatis; his subjungunt Gaudentium Naissensem, & Maximinum Trevirenses, atque ita, ut sequitur, sententiæ suæ rationem reddunt; Julium Papam, ut Auctorem mali damnant, utpote qui primus cum Athanasio, & reliquis damnatis communicasset. Ob eandem causam Osius condemnant, præterea, quod quemdam Marcum persecutus sit, & pessimos aliquos Episcopos, quos nominatim referunt, defenderit atque calumniarum istarum fundamentum nos latet. Maximini culpa est, quod Episcopos, quos in Galliam miserant, recipere noluerit, (nempe Delegatos Concilii Antiocheni anno 342.) quod primus cum Paulo Constantinopolitano communicaverit, ejus revocandi auctor fuerit, &*
cædium

Sup. §. 23.

cædium inde secularum. Protogenem Sæculum IV.
 se ipsum damnasse, ajunt, quod sæpius A. C. 347.
 Marcelli condemnationi subscripserit;
 Gaudentium Prædecessoris sui Cyriaci
 vestigiis neutiquam institisse, qui reorum
 condemnationi subscripserat, eumque
 Pauli causam defendere non erubuisse.

*Quia autem, inquiunt: illi, qui cum
 Ofio sunt, fidei Catholicæ perniciem in-
 ferre voluerunt, & Marcelli hæresin in-
 ducere, coacti sumus fidei Confessionem in
 lucem edere, cui ut subscribatis, sicut et-
 iam Decretis nostris, quamprimum litte-
 ras nostras acceperitis, rogamus. Ponunt
 deinde Confessionem fidei, in qua nihil
 notari meretur, præterquam studiosa vo-
 cis consubstantialis omisso. Hanc epi-
 stolam septuaginta tres Episcopi signa-
 runt, quorum præcipui sunt Stephanus
 Antiochenus, qui ponitur primus, Me-
 nophantes Ephesinus, Acacius Cæsarien-
 sis in Palæstina, Theodorus Heracleensis,
 Quintinus Gazensis, Marcus Arethusa-
 nus, Dion, seu potius Dianeus Cæsa-
 riensis in Cappadocia, Basilius Ancyra-
 nus, Eudemon Tanicus, & Callinicus Pel-
 lusinus, ambo Meletiani, famosus Ischy-
 ras ex Mareotide, Narcissus Irenipolita-
 nus, Euty chius Philippopolitanus, & Va-
 lens Mursensis. Eadem epistola etiam inter
 alios ad Donatum, Episcopum schisma-
 ticum*

*Ap. Hilar.
 de Synod.
 p. 336.*

*Ap. Athan.
 2. apol. p.
 789.*

Sæculum IV. ticum Carthaginensem, directa est, quo
 A. C. 347. ad Arianorum partes traheretur. Hoc
 autem non obstante Donatistæ in Doctrina,
 quod Verbum esset consubstantiale
 a Catholica Veritate non discesserunt.
 Nisi quod hæc epistola ipsis ostentationis
 occasio fuerit, dum eam Concilii Sardicensis
 Synodalem esse, seque cum Orientalibus in S.
 Communionem vivere jactarent. In dubium
 revocari non potest, hanc æquivocationem
 postmodum vero Concilio nocuisse; qui horum
 Canonum auctoritatem, præsertim circa appellationem
 ad Sedem Romanam, respuebant, fuisse
 Conciliabulum Arianorum dicebant, qui pro
 Canonum Sardicensium valore stabant, eos
 Concilio Nicæno tribuebant, cujus Sardicense
 appendix fuisset. Tandem Concilium Sardicense
 non nihil de sua auctoritate amisit, propter
 resolutionem Marcelli Ancyрани, cujus fama
 circa Doctrinam in integrum restituta non est;
 ipse S. Athanasius, cum in ejus sermonibus
 nova quædam deprehendisset, quæ Photino
 errandi occasiorem præbuisset, ab ejus
 Communionem recessit; narrat S. Epiphanius,
 se quadam die ex S. Athanasio quæsisse, quid
 de Marcelli Doctrina sentiret, & respondisse
 modico risu, a pravitate non multum abfuisse.

Aug. epist. 44. n. 6. ad Eleus.

v. Conc. Carth. IX. an. 419.

Hilar. frag. p. 413.

Epiph. hæc. 72. n. 4.

Post

Post hæc Concilia aliquamdiu Orientium & Occidentalium mentes erant
 divisæ; iidem Communione limites fuerunt, qui & Imperiorum, nempe mons Tis-
 suquis medius inter Thraciam, & Illyri-
 cum situs. Ab hoc monte, qui versus
 Orientem habitabant, quamvis diversa
 crederent, in Sacris communicabant, ci-
 tra autem versus Occidentem nemo hæ-
 reticis communicabat, pura ab omni labe
 erat Ecclesia, Doctrinam, a Patribus ac-
 ceptam, sine litibus, & jurgiis servans.
 Verum quidem, quod Auxentius Medio-
 lanensis, Ursacius, & Valens, Arianorum
 pravitatem omnibus viribus propagare
 adlaboraverint, at SS. Pontifex, & alii
 Episcopi viriliter resistebant. In Orien-
 te major circa Doctrinam fidei confusio
 dominabatur. In finitibus de voce consub-
 stantialis jurgiis aures offendebantur;
 multi nudam vocem oderant, nec alia ex
 causa, quam quod puderet, a principio
 rejectam, admittere. Alii consuetudine
 disputandi in naturam transeunte, opi-
 nionem, quam semel apprehendissent,
 deponendi facultatem amiserant. Alii
 damnata altercandi libidine, in nimiam
 facilitatem delapsi, illud sibi credendum
 eligebant, ad quod aliorum auctoritate,
 vel amicitia trahebantur. Alii tandem
 contempto jurgandi pruritu in bona pa-
 ce fidem Nicænam sequebantur, horum-

que

Sæculum IV.
A. C. 347.

Socr. II.

c. 20.

Sozom. III.

c. 13.

Sæculum IV. que major erat numerus, præsertim Mo-
A. C. 347. nachorum, quorum vitæ Sanctitas paula-
 tim ex tenebris emicabat. (*)

§. XLIII.

Arianorum Crudelitas.

*Athan. ad
 solit. p. 820.* Eusebianis, a Concilio Sardicensi damna-
 tis, crevit furor. Clerici Andri-
 politani per urbem suam transeuntibus
 communicare noluerunt, quod fugitivos,
 & reos æstimarent; illi de ignominia
 apud

(*) Hier zeigt unser Uebersetzer seine Ehrliche-
 keit. Er hat eine Anmerkung hergestickt, welche
 also lautet: Diesen Ruhm haben die Mönche,
 wenn er ihnen ja jemals beygelegt werden
 können, in den folgenden Zeiten nicht erhalten,
 da aus den Nestorianischen und Eutychemianis-
 schen Streitigkeiten zu ersehen, wie gottlos,
 und grausam sie sich dabey verhalten, und bey
 den Empörungen solche Dienst geleistet, die
 ihren Namen auf ewig stinkend gemacht.
 Ey ja! auf ewig. Erstlich hat unser Uebersetzer
 nicht so viel Billigkeit, daß er Mönche und zusam-
 men gelaufenes Gesindel unterscheiden wollte. Und
 wenn auch gottlose Mönche zur Zeit Nestorii, und
 Eutychemis gelebet haben, so thut doch dieses denen
 frommen Mönchen derselben, und der nachfolgen-
 den Zeiten eben so wenig, als es ehrlichen und red-
 lichen Protestantischen Scribenten schaden kann, daß
 dieser Uebersetzer den unauflöschlichen Schandfleck
 eines Betrügers sich selbst zugezogen hat.

apud Imperatorem Constantium questi, Sæculum IV.
A. C. 347.
 causa fuere, ut decem viri laici, in illa
 urbe ad arma fabricanda conducti, capi-
 te plecterentur; crudelitatis Minister
 iterum Philagrius fuit, tunc altera vice
 Comitis Dignitate auctus. Ante urbem
 horum Martyrum sepulchra visebantur,
 nam Martyrum honorem iis Ecclesia ex-
 hibet undecima Febr. sicut etiam S. Lu-
 cio, eorum Episcopo, similiter pro fide
 mortuo; eum libertate Sacerdotali Aria-
 nos insectantem, & hæresin ipsorum con-
 futantem, duabus catenis ferreis collo,
 & manibus ejus injectis, in exilium eje-
 cere, ubi defunctus est; imo multis ma-
 turatæ mortis ejus suspecti esse merue-
 runt. Iphis instigantibus, Episcopus no-
 mine Diodorus, in exilium pulsus; vero-
 similiter fuerit Episcopus in Tenedo, qui
 Concilio Sardicensi subscripserat. Olym-
 pium Enofanum, & Theodulum Trajano-
 politanum persecuti sunt, quos jam an-
 tehac Constantius Imperator, ab Eusebio,
 calumnias suggerente, deceptus, scripto
 ex suis urbibus, & Ecclesiis proscripse-
 rat, ubi ubi comprehendi possent, morte
 puniendos; hanc, olim latam senten-
 tiam, Imperatori in memoriam reduxe-
 re, atque, ut executioni mandaretur, in-
 literunt.

ib. p. 821.

*Soz. VI.
c. 2.*

Iphis urgentibus duo Episcopi Arius,
 & Asterius unus Petræ in Palæstina, alter
 Petræ

Sæculum IV Petra in Arabia, qui Sardicæ a partibus
 A. C. 347. eorum recesserant, in Superiorem Ly-
 biam missi sunt, quorum exilium illatis
 contumeliis cumularunt. At irarum me-
 ta erat Athanasius, hinc ipsis Authoribus
 duo Presbyteri, & tres Diaconi Alexan-
 drini relegantur, epistolæ scribuntur cum
 imperio, portus, & urbium aditus dili-
 genter custodirentur, ne potestate rede-
 undi, sibi a Concilio facta, Athanasius
 uti posset; ad Magistratus Alexandriæ
 scriptum, si Athanasius, aut quidam Pres-
 byteri, quos nominabant, in urbe, vel
 ejus Ditione invenirentur, capite mulctari
 posse. Equos publicos sibi dari impetra-
 runt, quibus ad diversa loca devecti, si
 quos inveniebant, sibi fugam exprobran-
 tes, aut suam hæresin detestantes, flagris
 cædi, vinculis tradi, aut relegari jube-
 bant. Multos timor hypocritas fecit;
 multi, ut manus eorum effugerent, ad
 desertam convertebantur. Hic erat in
 Oriente rerum status.

§. XLIV.

Concilium Mediolanense secundum.

v. Pagi an. In Occidente elapso modico tempore
 345. n. 5. post Concilium Sardicense eodem an-
 347. n. 7. no 347. Concilium actum est Mediolani,
Hilar. frag. quam urbem Imperator Constans inside-
 p. 411. bat. Conveniendi causæ erant, Ecclesiæ
 divi-

divisioni remedia quærere, modum Con- Sæculum IV.
 cillii Sardicensis iudicium exequendi, & A. C. 347.
 damnandus Photinus; is quidem ab Eu- Sup. S. 32.
 sebianis Antiochiæ anno 345 damnatus
 fuerat, quod necdum factum in Occiden-
 te, ubi tamen in Sede Sirmiensi, Illyrici
 Metropoli, inter multos Præsules emi-
 nebat. Amplissimus fuit conventus ex
 Illyrico, & Provincia Italiæ, cuius Metro-
 polis erat Mediolanum, cui etiam Pres-
 byteri Ecclesiæ Romanæ interfuere. Ur-
 facius, & Valens, quamvis essent Episco-
 pi, tamen litterarum rudes, & levis inge-
 nii homines, cum se ab Occidentalibus,
 quos inter ob Ecclesiarum suarum situm
 vivebant, damnatos, & depositos dole-
 rent, occasione hujus Concilii ad obti-
 nendam absolutionem utendum rati, *Epist. ad*
 Arianam hæresin abjurare se simulant, & *fragm. Hil.*
 tradito Patribus libello, quem sua manu *p. 412. Ep.*
 signaverant, delicti veniam orant. Gra- *Syn. Arim.*
 tiam fecit Concilium, & ad Communio- *Socr. l. II.*
 nem admisit. *c. 22.*
Theod. II.
c. 8. Athan.
ad solit. p.

Interim nec Sententia Concilii Sardi- 820.
 censis effectui dari, nec Episcopi, per in-
 juriam Sedibus suis pulsus, restitui sine
 Imperatoris Orientis auctoritate pote-
 rant; hinc Concilium Mediolanense duos
 Episcopos ad hunc Principem delega-
 vit, Vincentium Capuanum, forte eun-
 dem, qui in Concilio Nicæno Nomine
 S. Sylvestri adfuerat, & Euphratam Co-
Hist. Eccles. Tom. III. K k lo-

Sæculum IV. loniensem. His Imperator Constans epi-
 stolam ad Fratrem suum ferendam tradi-
 dit, & legationis socium copiarum Du-
 cem nomine Salianum, virum fortitudi-
 ne, & pietate insignem adjunxit. In
 hac epistola Constans fratrem suum Con-
 stantium rogabat, ut Episcopis a se missis
 benevolas aures daret, in crimina Ste-
 phani Antiocheni, aliorumque illius fa-
 ctionis inquireret, Paulum, & Athana-
 sium, quorum innocentia satis perspecta
 esset, in Sedes suas restitueret; in fine
 addidit minas, armis, & bello extorquen-
 dum, quod fratris precibus dare nolisset.

§. XLV.

Stephanus Antiochenus depositus.

*Athan. ad
 solit. c. 822.
 hist. c. 9.* Cum delegati Antiochiam pervenissent,
 ubi Constantius degebat, Stephanus,
 illius urbis Episcopus, famæ eorum nocere
 instituit, ut auctoritatem pessumdaret.
 Juvenis quidam in civitate morum petu-
 lantia, & pravitare notissimus, quem Ona-
 grum, id est, sylvestrem asinum, quod
 manibus, pedibusque percuteret, appel-
 labant, non prætereuntibus modo in foro
 publico insultabat, sed impudenter do-
 mos ingressus, viros, mulieresque hone-
 stissimas extrahebat; furcifer iste, ab
 Episcopo Stephano subornatus, prostitu-
 tam mulierculam pacta mercede condu-
 cit,

cit, ut noctem proximam in contubernio
 hospitum, qui nunc primum advenissent, Sæculum IV.
A. C. 347.
 vellet transigere; ipse primo quietis tem-
 pore assumptos secum quindecim socios,
 post murum, colli superstructum, occul-
 tat, & deinde mulierem adducit, tum
 dato, acceptoque signo, ubi socios fide-
 liter stationem tenere cognovit, ad do-
 mum, in quam Episcopi diverterant, ve-
 niens, portam habuit apertum; quippe
 famulorum unum pecunia corruperat,
 illuc mulierem inducit, ut erat, deposita
 toga, lasciviæ paratam, primum ostendit
 cubiculum, ubi unus Episcoporum cuba-
 bat, jubetque intrare, dum ipse egressus,
 socios e statione advocat; fors tulerat,
 ut Euphratas, inter duos Episcopos æta-
 te major, in hoc primo cubiculo sibi stra-
 tum elegerit, & Vincentius in secreto-
 ri; ingreditur ergo bona voluntate mu-
 lier, augurans, juvenem inesse, a quo pe-
 teretur, sed ubi virum invenit dormien-
 tem, & nihil tale, ad quod ipsa venerat,
 cogitantem, attonita stetit; strepitu,
 quem gradiendo ederat, excitatus Eu-
 phratas, ait: quis ingreditur? ipsa re-
 spondet; mox Euphratas, vocem fæmi-
 næ in tenebris audiens, illusionem Dæmo-
 nis suspicatus, Jesum Christum in auxi-
 lium vocat; supervenit cum cohorte sua
 Onager, clamans, Episcopos hos esse ho-
 minum flagitiosissimos; mulier, ubi illato

Sæculum IV. lumine emarcidi Senis vultum vidit, &
 A. C. 347. habitum Episcopi sua quoque ex parte
 clamarere, se esse deceptam; dum tace-
 re Onager imperat, & crimen Episcopo
 affingere, clamore exciti domestici accu-
 runt, Vincentius quoque surgit, vestibuli
 porta clauditur, ut conjurati capi pos-
 sent, quorum non plures, quam septem
 teneri potuerunt; hi unacum prostibulo
 custodia traditi; Onagram cum reliquis
 fuga abstulit. Re vulgata, ubi dies facta
 est, tota civitas ad hanc domum accu-
 rit, eo majori scandalo, quod tunc festa
 Paschalia agerentur. Episcopi, excita-
 to Saliano, Duce illo militari, qui cum
 ipsis advenerat, summo mane Regiam
 adeunt, publice queruntur, Stephanum
 tanta calumnia famam suam denigrare
 ausum; dicebant tamen, Christiana nempe
 moderatione, ad punienda hæc cri-
 mina opus non esse judicii sæcularis for-
 ma, nec tormentis, sed judicium Eccle-
 siasticum sufficere; Salianus in contra-
 rium disputabat, rogabatque Imperato-
 rem, ut juberet, tantæ audaciæ scelus
 non in Concilio, sed in forma judicii ci-
 vilis examinari, & promittebat, se Epis-
 coporum Clericos primo traditurum, de
 quibus quæstio haberetur, adjungens, ei-
 dem quæstioni Clericos Stephani subji-
 ciendos. Stephanus impudenter repu-
 gnabat, dicens, Clericos tormentis expo-
 ni

ni non posse; at Imperatori, & Purpura-
torum præcipuis visum, habendam esse
quæstionem, hac una cautione, ut secre-
to, & in Palatio inquireretur. Hic vi-
demus judiciorum Ecclesiasticorum, &
Sæcularium diversitatem. In Judiciis
Ecclesiasticis Episcopi judices erant, le-
ges vero S. Scriptura, & Canones; nul-
la tormenta, nullus carcer. Pœnæ mere
spirituales, quales sunt depositio, & ex-
communicatio. (*)

Ante omnes placuit quæstionem ha-
bere de scorto; cum ergo mulier inter-
rogaretur, quis eam ad domum Episco-
porum deduxisset; respondit, fuisse
quemdam juvenem, qui eam advena-
rum nomine vocasset; tum reliqua,
Kk 3 prout

(*) Ad hunc Fleurii Locum non inepte No-
tam Anonymus I. adjunxit, in qua præter alia
dicit: *Quod ad Carceres, & tormenta spectat,*
non credo, Ecclesiam modernam, cui Fleurius
Ecclesiæ antiquæ usum opponere videtur, ad ex-
primendum verum media atrociam ullibi adhibere,
cum ejusmodi severitate nequidem in convictos
animadvertat. Reos carceri includit, quod et-
iam bonus Paterfamilias, si fuerit necessarium,
facit.

Unser Uebersetzer saget hier auch ungebeten sei-
ne Meynung. Es heisset: Diese Anmerkung des
Abt Fleury dienet dazu, daß man daraus er-
kenne, daß in den ersten Jahrhunderten der
Christ-

Sæculum IV.
A. C. 347.

Sæculum IV. prout contigerunt, narravit. Ventum
 A. C 347. deinde ad captivum inter cœteros atate
 minimum, qui, cuticulæ suæ metuens, omnem facinoris rationem prodidit, cujus auctor esset Onager; accitur Onager, qui statim, hæc se Stephani mandato fecisse fassus est. Mulieris quoque Domina advocata est, nam plerumque servilis conditionis erant ista prostibula, illa ad se missos agnovit, & quid a se petissent, convincit, erant autem Clerici, ex eorum numero, qui Stephano ministrabant; hi quoque Episcopi sui crimen confessi sunt; igitur convictus Stephanus præsentium Episcoporum potestati traditur, ut deponeretur, qui, sententia depositionis prolata, eum Ecclesia ejecerunt. Cogni-
 Athan. ad
 sol. p. 822.

Christlichen Kirche nichts von dem fürchterlichen Inquisitionsgericht bekannt gewesen sey. Und hierauf heisset es, es sey ein tyrantisches Gericht. Ja ja! einem Diebe grauet es, wann er von dem Galgen reden höret. Es pflegen die Protestantischen Scribenten dieses Gericht mit grossem Fleiß recht fürchterlich abzumalen, man hat aber zu Lissabon, und zu Madrit ganz besondere Ursachen, schärfer zu verfahren, als in andern Orten der Christenheit. Uebrigens nimmet man keinem Uebelthäter, so groß er auch seyn mag, das Leben, wenn er sich bekehret, und diejenigen, die sterben müssen, läffet ja nicht die Geistlichkeit, sondern der König in Spanien hinrichten.

ra hujus Episcopi perfidia, prope fuit, ut Constantius Imperator aliam mentem indueret; detectis fraudibus, quæ ab Ariani in Euphratam paratæ fuerunt, quæ fide in alios essent, metiri cœpit, tuncque Presbyteros, & Diaconos Alexandrinos, in Armeniam relegatos, revocari jussit, scripsit quoque Alexandriam discretis verbis, ne quis eos Clericos, aut Laicos persequeretur, qui Athanasio adhererent.

Sæculum IV.
A. C. 347.

§. XLVI.

Leontius Episcopus Antiochenus.

His non obstantibus Ariani eo usque prævalebant, ut ipsorum potissimum opera in Episcopum Antiochenum eligeretur Leontius Evnuchus, validum factionis suæ fulcrum. Erat hic Leontius nativitate Phryx, subdoli ingenii homo; S. Luciani Discipulum se dicebat, ab initio Arii errores secutus; S. Eustathio Episcopo, quem non fefellerat viri favrities, persuaderi non potuit, ut eum inter Clericos susciperet; at, Eustathio in Exilium misso, ad Presbyteratum promotus est. Post hæc vi primi Canonis Nicæni depositus fuit, quod se ipsum castravisset; nam cum concubinam haberet, nomine Eustoliam, quam, licet a se vitiatam, Virginem credi volebat, atque amici vehementer urgerent, ut turpis com-

Theod. II.
c. 10. Philostorg. III.
c. 15.
Epiph. hæc. 60. n. 5.
S. Athan. ad solit. p. 812.
Athan. ap. p. 718.

Sæculum IV. mercii scandalum tolleret, manibus pro-
 A.C. 347. priis virilia sibi exsecuit, quo liberius
Theod. II. cum puella, cujus contubernio renuntia-
 c. 24. Ath. re nolebat, posset habitare. Crimen
ad solit. p. hoc, propter quod a Presbyteratu depo-
 827. situs fuerat, & factus irregularis, non ob-
 fuit, quo minus ab Arianis Episcopali Se-
 di Antiochenæ imponeretur. Sedit an-
 nis octo, hæresin profunde dissimulans,
 ne animos Catholicorum, quorum mul-
 titudinem reformidabat, a se averteret;
 gravior metus erat ab Imperatore Con-
 stantio illatus, illis omnibus pœnam mi-
 nitante, qui, Filium non esse similem
 Patri, dicerent; factis autem suis, quæ
 intus sentiret, prodebat, nam nulli Ca-
 tholicorum ordines referebat, nulli ut-
 cunque meritis præcelleret, in sua Eccle-
 sia officium dabat, econtra Arianos in fa-
 miliaritatem admittebat, ad sacros ordi-
 nes promovebat, etiam ob vitæ licentiam
 indignos. Hinc pauci ex populo, pluri-
 mi ex Clericis lue hæretica infecti erant.
 Is etiam Aetium in Diaconum ordinavit,
 cujus sequenti tempore fama crevit, huic
 ordinationi illustres duo Laici Flavia-
 nus, & Diodorus fortiter se opposue-
 runt, adjectis minis, separatos se a
 Leontii communione, in Occidentem
 ituros, & quæ ipse moliretur, indica-
 turos. Territus his Leontius Aetio
 Ministerium interdixit, quamvis eidem
 in

in omnibus reliquis, ut solebat, favore-
ret. (*) Sæculum IV.
A. C. 347.

Flavianus, & Diodorus, tunc in urbe
Antiochena firmæ fidei Catholicæ co-
lumnæ, ambo vitam asceticam erant
amplexi. Diodorus adeo paupertatem
amabat, ut in hoc mundo nihil, nec do-
mum, nec mensam, nec lectum posside-
ret; amicorum charitate alebatur, ipse
totum tempus orationi, & aliorum instru-
ctioni dabat. Pallor vultus, & totus ha-
bitus summum rigorem testabantur, hinc
stomachi debilitate, junctis magnis dolo-
ribus, laborabat, ad summam tamen se-
nectutem pervenit. Athenis Philoso-
phiæ, & Rhetoricæ operam dederat, Sil-
vani Tarsensis Discipulus, cui post tem-
pus in Episcopatu successit. Flavianus
in Cathedra Antiochena sedit, post lon-
gum intervallum. Uterque tempore
Leontii in Fidelium animis Religionis ze-
lum excitare conabantur, quibuscum, ad
Martyrum tumulos congregatis, noctem
in celebrandis Divinis laudibus agebant;

*Facund. lib.
4. c. 2. ex
Chryf.*

*ib. ex Jul.
Imp.*

K k 5 impe-

(*) Si quis hos duos illustres Laicos inter-
rogasset, ad quem Episcoporum in Occidentem
iuri essent, neminem prius, quam Episcopum
Romanum haud dubie nominassent. Saltem hoc
certissimum est, hos duos Laicos credidisse, in
Occidente non neminem reperiri, qui Episcopi
Antiocheni judex esset.

Sæculum IV. impedire Leontius non audebat, veritus
A. C. 347. populi multitudinem, piissimo affectu eos

sequentis, at simulata mansuetudine rogavit, ut has laudes in Ecclesia peragerent. Ipsi, quam mala fide Leontius id peteret, non ignari, tamen, quod præcipiebat, fecerunt. Iidem duo omnium primi Psalmodiam duobus Choris cantantium alternantibus instituerunt, qui usus,

Philost. III. Antiochiæ ortus, omnium deinde populorum imitatione comprobatus est. Flavianus item primus, congregatis pluribus Monachis, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. cantasse fertur; antehac, sicut Ariani affirmabant, dicebatur: Gloria Patri per Filium, in Spiritu Sancto; & alii:

Theod. 2. Gloria Patri in Filio, & Spiritu S. quando
c. 24. Catholici, & Ariani simul orabant, quivis solitis inter suos verbis utebantur, qui vero Leontio proximi stabant, observarunt, quod totum versiculum reticens, solummodo in fine diceret; & in Sæcula Sæculorum. Præterea alia adhuc Catholicorum pars Antiochiæ duravit, quæ cum Arianis non communicabat, nec post S. Eustathium alium agnoverunt Episcopum, inde Eustathiani nominati.

§. XLVII.

Aetii initia.

Sæculum IV.

A. C. 347.

Aetius, quem Leontius in Diaconum ordinaverat, erat natione Syrus, Antiochiæ natus; Parens ejus inter Præfectorum Ministros munus gerebat, quo male functus, capitali supplicio affectus est; bona defuncti fiscus hausit. Aetius, postquam aliquanto tempore Mulieris cujusdam mancipium fuisset, recuperata, ignotum quomodo, libertate, opificio arario se dedit, & vitam reficiendo lacera æramina ægre sustentabat; aliquando ei Matriona monile, aut armillam auream reparandam attulit, ipse, retenta aurea, aliam cupream deauratam, priori simillimam, restituit, at detricto per usum auro dolus apparuit, ergo accusatus in judicio, furum pœnam sustinuit; hinc infelici opificio maledicens, ad alia se convertit. Circulator, quem Sopolis vocabant, Regiones varias pervagabatur sub specie medici, huic primo comitem se junxit Aetius; nactus deinde quemdam Armenum, ita simplicem, ut se artis medicæ peritissimum crederet, eum multo auro emunxit; tunc vero se publice ut Medicinæ Magistrum gessit, Medicorum conventus frequentans, ubi opinionem, quam sibi defendendam proposuisset, firmis lateribus, & valido clamore propugna-

*Philost. 1.3.
c. 15. & ibi
Val. Greg.
Nys. lib. I.
cont. Eu-
nom. p. 30.
in append.*

Sæculum IV. pugnabat; his dotibus illorum animos
 A. C. 347. sibi devinciebat, quorum sententiam ro-
 busta voce, & imperturbabili audacia tue-
 batur.

Cum Aetio Galenus satis opum de-
 disse videretur, relicta medicina, ad Phi-
 losophiæ studium animum adjecit, nam
 homini Græco, cui nulla alia, quam pa-
 tria lingua opus erat, si modo ingenio
 valeret, ad omnis generis scientias eniti
 licebat. Primum in Philosophiæ rudi-
 mentis Præceptorem audivit Paulinum,
 qui ab Episcopatu Tyriensi post S. Eusta-
 thii depositionem ad Antiochenum trans-
 iit; ipso ex humanis sublato post sex men-
 sium spatium, Eulalius ejus Successor Ae-
 tium Antiochia expulit. Inde Anazar-
 bam in Cilicia se conferens, statim cui-
 dam Grammatico serviit, ejusque se
 Disciplinæ tradidit, tum in familiam
 Episcopi Anazarbani, nomine Athanasii,
 adlectus est, rursusque Tarsum profe-
 ctus, diutius cum Presbytero Ariano,
 nomine Antonio, moratus est, qui se, si-
 cut & Athanasius Anazarbanus, Discipu-
 lum S. Luciani jaçtabat; plerique enim
 primorum Arianorum, ut & ipse Arius,
 tanti Magistri Discipuli videri volebant.
 Aetius exinde rediit Antiochiam, Leon-
 tium Doctorem, tunc Presbyterum, au-
 diturus; etiam Eustathii, Episcopi Seba-
 steni, circa illud tempus Antiochiæ de-
 gentis,

Basil. ep.
 79. 82.

gentis, Discipulus fuit; cum vero linguam continere non posset, altera jam vice Antiochia eiectus, & in Ciliciam reversus, ibi adversus quemdam ex eorum numero, quos Borborios nominabant, erantque Gnoiticorum deterrimi, crebro disputans, turpiter victus est, ita ut prope pudoris vehementia enecaretur; mox, solatium sibi in visione cœlesti suggestum, edixit, & tantum robur, ut ab hac die disputando esset invincibilis.

Exinde in Ægyptum peregrinatus est, ut Alexandriae Manichæorum Ducem, nomine Aptonium, videret, cujus sapientiæ, & eloquentiæ apud omnes maxima erat opinio; hunc autem Aetius, disputando aggressus, paucis argumentationibus elinguem reddidit, qui devictus, ignominiam tam impotenter tulit, ut contracto morbo, septimo post die vivere desierit. Alexandriae Aetius Dialecticæ incubuit, usus Magistro Sophista, Aristotelis Sectatore; unicus labor erat, Doctrinam Ecclesiæ de Verbo Divino in figuras Syllogisticas redigere, atque, a mane usque ad vesperam sedens, Theologiam in methodum geometricam cogere nitebatur. *Multum*, inquit Socrates Historicus: *Aristotelis Categoriis incumbebat, & forte sub isto nomine totam ejus Logicam accipit.* Subjungit Socrates; Aetio hujus operis Aristotelici finem, & propo-

Sæculum IV.
A. C. 347.

Epiph hæc.

*Socr. l. II.
b. 35.
v. Aug. IV.
Conf. c. 16.*

Sæculum IV. A. C. 347. propositum non fuisse perspectum, quod nullum aliud fuisset, quam ut juvenes contra Sophistas, veram Philosophiam iridentes, exercitarentur, hinc Academici, Platonis Sectatores, hanc methodum Aristotelis damnabant. At Aetius, cum nunquam Magistrum ex Academicis audivisset, hac subtilitate extricare se non potuit, nec, quomodo generatio æterna sit possibilis, percipere. Parum scientiæ in eo erat, sed magna, quantam homo agrestis acquirere potest, disputandi exercitatio. S. Scripturam vix noverat, nec antiquos interpretes, quales sunt Clemens Alexandrinus, Africanus, Origenes legerat.

Cum tanta temeritate de natura Dei disputaret, populus ei cognomentum Athei imposuit; ipse vero affirmare non erubescibat, ita sibi Divinam naturam esse perspectam, ut se ipsum clarius non cognosceret; Locum illum Evangelii intelligens; vitam æternam esse cognoscere Deum, & Jesum Christum, totam Religionem in hac sola cognitione speculativa constituebat, nihili jejunia, nihili alia pietatis opera, & nequidem mandatorum Dei observationem faciens; cum aliquando non nemo, ipso præsentem, quosdam vituperaret, cum mulieribus in peccata carnis lapsos, pios questus risu excipiens, ait, fornicationem esse de censu aliarum

*Soz. l. II.
c. 15.
Epiph. hæc.
76. n. 4.
Joan. 17.3.*

aliam corporis necessitatum, qualis e-
 tiam illa esset, ut quis auriculæ prurigi-
 nem scalpando sedaret. Cœterum Ae-
 tii Doctrina erat clarissima Arii hæresis,
 nec in alio differebat, quam quod ipse
 Arianorum principio pressius insistens,
 omnia, quæ ex eo sequerentur, assereret,
 & diceret, Verbum, non solum non esse
 æquale Patri, sed nec etiam simile.

Sæculum IV.
 A. C. 347.

§. XLVIII.

*Paulus, & Macarius in Africam
 missi.*

Credibile est, post Concilium Sardi-
 cense Gratum Episcopum Carthagi-
 nensem ab Imperatore Constante postu-
 lasse; turbatæ Ecclesiæ Africanæ pacem
 daret; quippe Imperator duos misit
 haud modicæ auctoritatis viros Paulum,
 & Macarium, quibus quidem non aliud
 imperatum fuisse videbatur, quam ut in
 Africa pauperibus eleemosinas distribue-
 rent, & cujusvis Ecclesiæ inopes auxilio
 solarentur; at simul omnes Fideles, ut
 relicto Donatistarum schismate, ad Ec-
 clesiæ Catholicæ unitatem redirent, hor-
 tabantur. Donatistæ in vulgus sparge-
 bant; advenire Paulum, & Macarium,
 ut persecutionem excitarent, ubi omnia
 ad Sanctum Sacrificium parata fuerint,
 effigiem exprompturos, & altari imposi-
 turos;

Optat. L. 3.

Ibid. sub fin.

Sæculum IV. turos; hinc Fideles dicebant: *Quiscun-*
A. C. 347. *que de hoc Sacrificio participaverit, erit,*
ac si Idolothyta comedisset. Ubi autem

Baron. a. ditum, nihil demptum. Effigies, de qua
 348. n. 33. I. hic mentio, Imperatoris fuisse putatur,
in Cod. nam sub Imperatoribus Christianis mos
Theod. de antiquus duravit, ut in Provincias affer-
imag. Imper. rentur Imperatorum imagines, & popu-
 L. 15. lo honorandæ proponerentur, sed sine su-
 perstitionis admixtione, cum antea sub
 Imperatoribus ethnicis eorum imagines
 adorarentur, iisque thus adoleretur, &
 offerrentur Sacrificia.

Optat. ibid. Paulus, & Macarius Donatum Anti-
 Episcopum Carthaginensem adeuntes,
 itineris sui causam indicant, atque Impe-
 ratorem Ecclesiis ornamenta, & paupe-
 ribus pecuniam mittere. Verum est,
 quod pro Donato speciatim nihil attule-
 rint. Ipse cum indignatione respondit:
 Quid Imperatori cum Ecclesia? Plures-
 que alias in Principem coniecit injurias,
 tum addidit, missas a se quaquaversum
 Epistolas, quibus ea, quæ attulissent, in
 pauperes distribui vetuisset. Alter Do-
 natus, Episcopus Schismaticus Bagaia,
 multo pejora illaturus erat; is, ubi Pau-
 lum, & Macarium urbi suæ appropinqua-
 re rescivit, in omnia vicina oppida, &
 fora misit, qui Circumcelliones convo-
 carent,

Sup. L. II.
S. 43.

carent, homines illos œstro percitos, cum armis per agros discurrentes, quorum vel saniam ipsi Donatistarum Episcopi sub Taurino Comite horruerant. Hos tunc Donatus Bagaianus in auxilium vocavit; Paulus, & Macarius, insanorum hominum furorem timentes, a Comite Silvestro militum manus, sibi præsidium, postulant, non ut cuiquam vim inferrent, sed repellerent, & pecuniam pauperum, sibi commissam, custodirent.

Donatistæ magnam hominum multitudinem contraxere, quam ut alerent, Ecclesia pro domo frumentaria usi sunt; advenientes deinde, qui Silvestri militibus hospitia designarent, recipere abnuerunt; hi ad suas cohortes reversi, cum toleratas injurias narrarent, ita sociorum iram accenderunt, ut impetus a Ducibus cohiberi non potuerit. Itaque paratis utrinque armis, urbes tumultu fervebant; Episcopi Donatistæ cum suis Clericis fugere omnes, aliqui eorum intercepti, alii capti, & in remotas Regiones relegati. Quamvis autem hæc omnia nulla Episcoporum Catholicorum culpa acciderint, tamen plurimorum ex suis, tunc ad Ecclesiæ Catholicæ sinum redeuntium, reconciliationem non esse sinceram dictitabant, Macarium, & Paulum, ut Persecutores, omnes Catholicos, ut Paganos fugillabant, vocabantque Macaria-

Sæculum IV.
A. C. 347.

Sæculum IV. rianos. Quidam nomine Marcus e ru-
 A. C. 347. pe præcipitem se dedit. Donatus Baga-
 Janus in puteum se conjecit. Horum
 Aug. tract. necem Persecutorum crudelitati adscri-
 II. in Joan. pferunt, & suicidas in Martyrum coetum
 n. 15. retulerunt.

§. XLIX.

Primum Concilium Carthaginense.

Tom. II. Post Donatistarum Reconciliationem
 Concil. p. Gratus frequens Concilium ex om-
 713. nibus Africae Provinciis congregavit,
 quod primum Carthaginense dicitur, quia
 antiquissimum est, cujus Canones habea-
 mus; cæterum plura ibi anteriora vidi-
 mus Concilia, præsertim sub S. Cypria-
 no. Istud autem nec ante annum 348.
 nec serius, quam anno 349. celebratum
 fuisse potest. Initium dicendi fecit Gra-
 tus, agendo Numini gratias, quod suæ
 Ecclesiæ membra ad unitatem, & pacem
 rediissent; tum Episcopos invitavit ad
 condendos Canones, conservandæ Disci-
 plinæ necessarios, ita tamen ne nimio
 rigore unio charitatis dissolvatur. Qua-
 tuordecim Canones conditi sunt, quos
 Gratus, & alii Episcopi in medium at-
 tulere, & omnes juxta normam Conci-
 lii Sardicensis approbarunt. Primus ve-
 tat eos rebaptizari, qui semel in fide Tri-
 nitatis baptizati sunt. Hic erat Dona-
 tista-

tistarum principalis error, quod nullum ^{Sæculum IV.} crederent baptismum, si extra eorum ^{A. C. 348.} Communionem fuisset collatus. Eorum abusus etiam sequenti Canoni ansam dedit, ne Martyrum Dignitas profanaretur, & tales neququam honore Martyribus debito colerentur, qui, animi impotes, præcipitio, aut quocunque alio mortis genere se ipsos peremerint, quibus pia Mater Ecclesia, imbecillitatis miserescens, sepulturam indulget; multo minus eorum memoriam esse honorandam, qui, desperatione, aut nequitia acti, parricidio in se ipsos sævierint.

Lex tot jam Conciliis lata renovatur, ne Clerici cum fœminis habitent, atque ad utriusque sexus homines extenditur, quicumque continentiam profitentur, etiam in viduitate viventes, ne cum altero sexu in una domo sint, aut omnino invisant. Prohibentur Clerici usuras pro pecunia mutua accipere, malum in Laicis etiam non ferendum, Prophetarum, & Evangelii Doctrinæ adversum. Clerici, ut docet S. Paulus, administrationem œconomicam, & negotia sæcularia non suscipiant, hinc familiarum Præpositi, Procuratores, & Tutores, si tutelam per se ipsos administrent, ordinari prohibentur, nisi postquam negotia omnia perfecerint, & administrationis reddiderint rationem, ne post suam ordina-

L 1 2 tionem

c. 2.

Can. 3.

c. 4.

c. 13.

c. 6.

2. Tim. 2. 4.

c. 8.

Sæculum IV. tionem sint Ecclesiæ probrosi. Laici sua
 A. C. 348. negotiationi, aut rationariis Clericos non
 præficiant.

c. 9.

c. 10.

Nullus Episcoporum alterius jurisdi-
 ctionem turbet. Nullus alterius Cleri-
 cum sine Episcopi sui litteris recipiat, aut
 apud se retineat, neque alterius Diocē-
 sis Laicum sine Episcopi sui consensu or-
 dinet. Ad hunc Canonem Gratus di-
 xit: *Hæc regula ad conservandam pacem
 aptissima est; recordor, in Concilio Sar-
 dicensi fuisse prohibitum, ne quis alterius
 Diocēsis Clericos sollicitet.* Antigonus

*Can. Sard.
 18. lat. c.
 Capth. 12.*

Episcopus Madaurensis contra alium E-
 piscopum, nomine Optantium, quere-
 lam attulit; hi duo Diocēses suas com-
 muni consensu diviserant, & acta sua ma-
 nu signaverant; nihilominus Optantius
 populum Antigoni invisebat, & sibi con-
 ciliabat. Tunc præcepit Concilium, ut
 amore pacis pacta observarentur. Ad

Can. 7.

Laicos quoque extensa est prohibitio, ne
 populus unius Diocēsis cum populo al-
 terius communicaret absque Episcopi lit-
 teris, ut a fraudibus eorum præcaveren-
 tur, qui unius communionem fugientes
 in alterius communionem subrepebant.

c. 11.

Statuitur, reprimendam Clericorum su-
 perbiam, qui suis Superioribus resistunt;
 ut autem sententia judicialiter contra
 eos lata valeat, certus Episcoporum nu-
 merus requiritur, contra Diaconum tres,

contra

contra Presbyterum sex, & contra Episcopum duodecim. Singularis prorsus dispositio! Observatio horum Canonum Laicis sub pœna excommunicationis, Clericis sub pœna depositionis, prævia causæ cognitione, præcipitur.

Sæculum IV.
A. C. 349.
c. 14.

§. L.

S. Athanasius revocatur.

Gregorius, Sedis Alexandrinæ usurpator, decem mensibus, postquam phanus Sede Antiochena pulsus est, id est initio anni 349. vivendi finem fecit. Tunc Constantius, cum nihil amplius esset, quod S. Athanasii reditus impediretur, fratris sui Imperatoris minas reformidans, Episcoporum Orientis mentem exquisivit; illi suaserunt, satius permitti posse, ut unus vir in suam Cathedram rediret, quam bellum civile experiri. Itaque Imperator Constantius humanissimas litteras ad Athanasium dedit, dicitque, se amice condolere malis ejus, quæ a patria exul passus esset, & subdit: *Credebam fore, ut ipse ad me venires, & tot malorum remedium quæveres; forte timor non siverit; hanc igitur tibi mitto Epistolam, ut diutius venire non tardes. Etiam Dominum meum, & fratrem Imperatorem Constantem rogavi, ut tibi veniendi licentiam concedat.*

Athan. ad solit. p. 823. Pagi. 348. n. 2. Socr. II. hist. c. 23. Soz. III. c. 20. Philost. III. c. 12. Ap. Ath. Apol. 2. p. 769.



Sæculum IV. rim S. Athanasius cunctabatur, & Con-
 A. C. 349. stantius alteram scripsit Epistolam, qua,
 facta vecturis publicis utendi potestate,
 sine timore ad Regiam venire hortatur.
 Misit etiam ad eum quemquam ex Pres-
 byteris Alexandrinis, qui aulam seque-
 batur, & iterum Diaconum, nomine Ar-
 chitam, tertiam Epistolam ferentem; ista
 securitatem promittebat, & ut sine mo-
 ra veniret, instabat; iussit præterea sex
 ex Comitibus suis ad eum scribere, quos
 Athanasio minime suspectos sciebat; hi
 annum jam abiisse integrum affirmabant,
 ex quo ab Imperatore expectaretur, qui
 importunis etiam precibus permoveri
 non potuisset, ut Gregorio in Alexan-
 drinam Sedem alium subrogari patere-
 tur.

ad Solit.
p. 823.

Apol. i.
p. 676.

Constantii litteræ S. Athanasio Aquile-
 lejæ, ubi in reditu a Concilio Sardicensi
 satis diu moratus est, redditæ sunt; post-
 quam tertiam accepit Epistolam, omnia
 Dei Providentiæ committens, in Orien-
 tem redire statuit; prius tamen, ab Im-
 peratore Constante vocatus ad eum pro-
 fectus est in Galliam, id est, verosimili-
 ter Mediolanum, quam urbem Cæsar in-
 fidere solebat in Gallia, a Romanis dicta
 cisalpina. Athanasius etiam Romam se-
 contulit, ut S. Julio Papæ, & Ecclesiæ e-
 jus valediceret; ubi summo gaudio ex-
 ceptus est. Papa ad Ecclesiam Alexan-
 dri-

drinam Epistolam dedit affectu tenerri-
mo plenam, qua constantiam eorum in
fide laudat, & charitatem, qua Episcopus
eorum nunquam non eos complexus est,
testatam facit; animo præcipit lætitiã
publicam, ubi charissimum Patrem re-
deuntem excipient; in fine eas Alexan-
drinis precatur a cælo gratias, quas sua
fide, & pietate merentur. Ubicunque
Athanasius transibat, litteras pacis ab E-
piscopis accipiebat.

§. LI.

S. Athanasius Antiochiæ.

Tandem Antiochiam pervenit ad Im-
peratorem Constantium, qui, eum
benigno vultu excipiens, viva voce li-
centiam confirmavit redeundi in Patriam
suam, & Ecclesiæ Gubernaculum resu-
mendi. Litteras etiam dedit, præter
eas, quibus vias custodiri iusserat, ut se-
cure iter posset conficere. Querebatur
Athanasius, quod Imperator antehac de-
cretis suis immeritum esset persecutus,
rogans ne imposterum se absente inimi-
corum suorum obtrectationibus fidem
haberet; *Fube, si placet, eos comparere,*
inquebat: gratum mihi feceris, & ego
tibi convictos reddam. Noluit Impera-
tor; ea tamen, quæ contra Athanasium
scripta fuerant, deleri iussit, atque pro-

Sæculum IV. A. C. 349. lixe pollicebatur, nullis deinceps contra

eum calumniis aures daturum, imo ut ostenderet, firmissime id sibi propositum, jurejurando firmavit, Deum in testem invocans. Plura addidit, ut dubitantem erigeret. Plures commendatitias scripsit Epistolas ad Presbyteros, & Episcopos Ecclesiæ Catholicæ, quod de Ægypto intelligendum, quibus declarat, omnia ea, quæ contra Communicantes cum Athanasio decreta fuissent, esse oblivioni danda; eos ipsos pro fidissimis subditis im-

Apol. 2. p. 772. posterum habendos, Clericos Athanasii tributorum pensione fore exemptos, sicut antea fuissent, saniolem Regni partem deinceps illam æstimandam, quæ Athanasio faveret. Altera Epistola ad populum Catholicum Alexandrinum directæ est, quæ potissimum ad pacem hortatur, & indicat, Imperatorem ad judices scripsisse, ut seditiosi pro rigore legum punirentur. Duæ datæ sunt Epistolæ ad

ibid. p. 774. ad solit. p. 814. Nestorium Ægypti Præfectum, quarum prima etiam ad Prætores Provinciæ Augustamnicæ, Thebaidis, & Lybiæ missa est. Altera jubetur Nestorius omnes Epistolas, quas in suis tabulariis invenerit, famam Athanasii lædentes, ad Regiam

Apol. 2. p. 774. mittere. Decurioni, nomine Eusebio, imperatum, hæc mandata effectui dare; is omnia acta, ut præceptum erat, extra-

bulariis Ducis, & Præfecti Ægypti ex-
traxit.

Sæculum IV.
A. C. 349.

Soz. III.

c. 20.

Toto tempore, quo S. Athanasius Antiochiæ moratus est, cum Leontio non communicavit, devitans eum, ut hæreticum; Eustathianorum autem Comuni-
ni se junxit, tunc purissimæ Catholico-
rum parti, adiitque eorum Conventus, quos in domibus privatorum agebant. Quadam die ad eum Imperator, *Vides*, inquit: *me omnia, quæ tibi promisi, servaturum, habeo autem & ego, quod gratiæ loco a te postulem; nempe ut ex tot Ecclesiis, quæ tibi subjiciuntur, unam indulgeas illis, qui tuæ Communionis non sunt.* Athanasius, *æquum est, Domine!* respondit: *ut tibi obediamus; at cum in hac urbe Antiochena multi communionem eorum fugiant, qui a nobis dissentiunt, pro illis eandem quoque gratiam efflagito, ut Ecclesiam habeant, ubi libere conveniant.* Æqua petere Imperatori visus est; at non Arianis eadem mens fuit, nam sibi in aures dicebant: *Nostram Doctrinam Alexandria, Athanasio ibi sedente, paucissimi sequentur; contra si patimur, ut Eustathiani Antiochiæ libere conventus agant, quanta sit eorum multitudo patebit, nec omnino tutum est hoc consilium. Præstat res nostras in præsentis statu relinqui.* Nempe Ariani, quamvis in sua potestate Ecclesias habe-

Sæculum IV. A. C. 349. rent, & magna populi Catholici pars cum ipsis in Ecclesia conveniret, non sine suo pudore videbant, Catholicos fidei suæ diversitatem palam profiteri in fine Psalmorum, dicentes: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. non autem cum Arianis Gloria Patri per Filium. Leontius quidem Catholicis resistere non audebat, at, quæ futura erant, prospiciebat, dictitare solitus, manu canos suos ostendens: *Postquam solutæ fuerint hæ nives, quam lutosa erit via!* Quibus verbis significare volebat, quantas turbas post mortem suam dissensio populi in fide esset excitatura. Ergo Imperator Athanasium ad sua remisit, nihil amplius ab ipso petens. Eodem tempore Marcellum Ancyranum, & Asclepam Gazensem ad suas Ecclesias remisit. Asclepas omnibus benevolentia signis exceptus est. Ancyrae autem, cum prius ejiciendus esset Basilius, maximi tumultus exstiterunt, & nova in Marcellum calumniandi occasio.

Socr. 23. c.
23. Sozom.
III. c. 24.

§. LII.

Initia Apollinaris.

Philost. III. Sanctus Athanasius, in itinere versus *c. 12.* Ægyptum constitutus, per omnes urbes Episcopos, qui a sana Doctrina, & voce consubstantialis deflexerant, reducere satagebat; a variis varie recipiebatur.

tur. Amici ejus sincere lætabantur, a-
 lios pudor eorum, quæ fecerant, tene-
 bat, alios subibat pœnitentia, quod in
 tantum virum calamum strinxissent. Alii
 aliud, quam quod intus sentiebant, simu-
 labant. Laodiceam in Syria adventan-
 tem excepit Apollinaris Lector, origine
 Alexandrinus. Parens ejus, Alexandria
 in lucem editus, cui idem, quod filio,
 nomen, primo Grammaticam Beryti do-
 cuerat, & deinde Laodiceæ, ubi, acce-
 pta uxore, hunc filium genuerat, qui &
 ipse humanis litteris instructus Rhetori-
 cam docebat. Uterque inter Clericos
 erat, Pater Presbyter, & Filius Lector
 erat, illo tempore, quo Theodotus Ge-
 orgii Prædecessor Sedem Laodicenam
 tenebat, jamque sub Georgio ejusdem
 urbis Episcopo. S. Athanasius conspe-
 ctum juvenem ob pulcherrimas dotes
 singulari favore prosequi cœpit, nam o-
 ptimum a natura acceptum ingenium
 litteris excoluerat. At hæc amicitia
 Georgio Episcopo Ariano displicuit, quod
 communionem cum Athanasio crimini
 verteret. Ergo Apollinarem probrose
 Ecclesia ejicit, insimulans, quod Cano-
 nes violasset. Etiam veteris culpæ,
 quam Apollinaris pœnitentia jam dele-
 verat, memoriam excitavit. Tempore
 Theodoti Episcopi docebat Laodiceæ E-
 piphanius Sophista Ethnicus, celeberrimus,

Sæculum IV.
 A. C. 349.

Sozom. IV.
 c. 25. Socr.
 2. c. 46.

XII.
 ci pars
 non fi-
 licos fi-
 teri in
 a Patri,
 m cum
 Leon-
 non au-
 rospicie-
 nos suos
 rint ha-
 us ver-
 turbas
 li in fide
 or Atha-
 blius ab
 Marcel-
 azensem
 oas om-
 us est.
 ciendus
 exstite-
 nniandi
 versus
 nnes ur-
 rina, &
 , redu-
 cipieba-
 tur.

Sæculum IV. mus, utrique Apollinari Patri, & Fi-
A. C. 349. lio, qui se ei instituendum tradiderat,
 in paucis amicus. Hujus consortio ab-
 stinere, ne ad Idololatriam forte pertra-
 herentur, ambos jusserat Episcopus, sed
 ipsi non ita, ut par erat, morem gere-
 bant; quadam die Epiphanius hymnum
 in laudem Bachi pluribus aliis, & utro-
 que Apollinari Patre, & filio audienti-
 bus recitavit; initio quidem, ut sole-
 bant Gentiles, dixerat, ut qui non essent
 initiati, & profani abessent, tunc au-
 tem nec duo Apollinares, nec Christia-
 norum præsentium alius exiverunt. Ubi
 hæc ad Theodoti Episcopi aures dela-
 ta, pessime factum dixit, & Laicis post
 lenem increpationem ignovit, at duos
 Apollinares publice reprehensos ab Ec-
 clesiæ Communionem separavit, quos ta-
 men deinde in jejuniis, & lacrymis pœ-
 nitentes recepit. Igitur delictum exo-
 letum, & cum Athanasio communio-
 nem juniore Apollinari Georgius obje-
 cit, ut eum ex Ecclesia pellendi prætex-
 tus esset.

§. LIII.

*S. Athanasius Jerosolymæ. Inde
 Alexandria.*

*Apol. 2. p.
 774. ad so-
 lit. p. 825.*

Sanctus Athanasius emenso per Syriam
 itinere, in Palæstina adveniens, ab
 omni-

omnibus Episcopis amice exceptus est, si duos, tresve, Arianos demas, quales erant Acacius Cæsariensis, & Patrophilus Scythopolitanus. Reliqui omnes cum eo communicarunt, excusantes, quod adversus eum scripserint, se enim, ut id facerent, vi coactos. Jerosolymam ad Concilium convenerunt, unde Epistolam Synodalem Athanasio faventem dedere ad Episcopos Ægypti, & Lybiæ, Presbyteros, Diaconos, & populum Alexandrinum, qua reditum dilecti sibi Episcopi gratulantur. Hortantur etiam, ut pro Imperatoribus orent; ex quo docemur, Constantem tunc necdum e vivis abiisse, & scriptum fuisse eodem anno 349. Huic Epistolæ subscripserant Episcopi sedecim, quorum primus est Maximus Jerosolymitanus illius Concilii Præses; & omnes, uno excepto, cui Macrinus nomen, Concilio Sardicensi interfuerant.

Sæculum IV.
A. C. 349.

Tandem Pelusium primam Ægypti urbem attigit S. Athanasius, & per mediam Regionem Alexandriam tendens, in qualibet civitate incolas hortabatur; Arianos vitarent, iisque, qui Filium consubstantialem confiterentur, jungerentur. In quibusdam Ecclesiis ordinavit Clericos. Ubi Alexandriam ingressus est, omnium animos non populi modo, sed

Socrat. II.
c. 24. Athan.
ad solit. p.
825.

Sæculum IV. sed & Episcoporum Ægypti, & utriusque Lybiæ undique affluentium incredibili gaudio refecit. Veterem amicum præter omnem spem vivum, & valentem videre lætabantur, seque ipsos hæreticorum tyrannide liberatos. Omnes hominum ordines lætitia pervasit, in SS. Conventibus mutuo se ad virtutem animantium. Multæ puellæ, antea nupturæ, Virginitatem suam Jesu Christo consecrarunt. Juvenes, aliorum exemplo excitati vitam monasticam amplexi sunt. Patres ad suscipiendum institutum monasticum filiis Auctores erant, aut saltem eorum precibus flecti se sinebant, ne prohiberent. Conjuges alter alteri suadebant juxta Apostoli consilium orationi vacare. Populorum Charitas nutriendis, & vestiendis orphanis, & viduis exercebatur. Tanta erat æmulatio, ut quælibet domus Ecclesia orationi, & virtutum operibus destinata videretur. Hos effectus pia Christianorum lætitia tunc produxit. Ecclesiæ omnes profunda pace fruebantur, Episcopi omnes S. Athanasio scribebant, & ab eo vicissim Epistolas pacis pro more accipiebant. Alii, quod contra ipsum scripserant, retractabant, plures ex inimicis ejus sincere in gratiam redibant. Non nulli nocturnis tenebris ad ipsum se conferebant, temporum calamitatem præ-

1. Cor. 7. 5.

Ad solit.
p. 827.

prætexentes, quorum iniquitate Ariano-
rum partibus fuissent impliciti, quorum
hæresin detestabantur, seque interne in
ejus communione semper perseverasse
sancte affirmabant.

Sæculum IV.

A. C. 349.

§. LIV.

Ursacii, & Valentis retractatio.

Inter cœteras maxime notabilis est re-
tractatio Ursacii, & Valentis, quam
miserunt ad Concilium ex pluribus Pro-
vinciis hunc in finem congregatum, ut
Photinum ab Episcopatu deponerent,
duobus ante annis Mediolani, ut hære-
ticum, condemnatum. Hoc Concilium
verosimiliter Romæ celebratum est, quip-
pe Ursacius, & Valens ad Julium Papam
scripserunt, rogantes, ut ad Ecclesiæ com-
munionem reciperentur. Julius, consi-
lio suorum exquisito, petitam concessit
gratiam, quo magis in Ecclesiæ utilita-
tem Arianorum vires acciderentur; ea
autem conditione patuit eis ad Eccle-
siam reditus, ut S. Athanasii innocen-
tiam agnoscerent; illi, quod jubebantur,
fecerunt in hæc verba: *Beato Domino*

*Hilar. frag.**p. 411. v.**Pagi. an. 349**no. 4. 5. &c.**Athan. 2.**Apol. p. 776.**Hila. fragm.**Cum p. 411.*

(*) Ursacius, & Valens Toti Ecclesiæ Catho-
licæ

Sæculum IV.
A. C. 349.

Cum antebac plura scripserimus, Episcopi Athanasii famæ noxia, & acceptis hac de causa a Vestra Sanctitate litteris, necdum facti hujus rationem reddiderimus, coram Vestra Sanctitate, omnibus fratribus nostris Presbyteris præsentibus, declaramus, omnia hæcenus ad aures nostras de hoc Episcopo delata, fuisse conficta, nec ulla attentione digna, hinc optimo corde communionem ipsius Athanasii amplectimur, hoc etiam magis permoti, quod Vestræ Sanctitatis Bonitas hunc errorem nobis remisit. Declaramus etiam hoc scripto, manu nostra signato, quod anathematizemus, sicut semper anathematizavimus, hæresin Arii, & ejus Sectatorum, dicentium; tempus fuisse, quo Filius non extiterit, ex nihilo productum, & non fuisse ante sæcula, sicut in priori nostro scripto, quod Mediolani tradidimus, consistemur. Hæc manu Valentii scripta e-

licæ se reconciliari crediderunt, si ab Pontifice Romano reciperentur. Ad talia Interpres Protestans animum advertere centies debuisset. Sed induratum est cor Pharaonis.

rant, & inferius manu Ursacii: *Ego Ur-* Sæculum IV.
A. C. 349.
facijs Episcopus huic fidei Professioni sub-
scripsi. Ex hoc scripto conjici potest,
 Ursacium, & Valentem in prima retra-
 ctatione, Mediolani tradita, solum Aria-
 nismo renuntiasse, Romæ autem etiam,
 ut Athanasii innocentiam testatam face-
 rent, coactos. Quidquid de hac re sit
 sentiendum, paulo post, cum essent A-
 quilejæ, ipsi Athanasio scripserunt in
 hunc modum: *Domino nostro, & fratri*
Athanasio Ursacius, & Valens: Occa-
sione fratris nostri, Presbyteri Moysis,
qui ad tuam charitatem proficiscitur,
utimur, & te fraterno affectu ex urbe
Aquileja salutamus, optantes, ut hanc
Epistolam optima fruens sanitate acci-
pias; fiduciam augebis, si tua etiam ex
parte ad nos scribere volueris. Certus
esto, quod tecum pacem, & communio-
nem Ecclesiasticam habeamus. Divina
Clementia te custodiat, chare frater!
 Hæ duæ Epistolæ Ursacii, & Valentis
 S. Athanasio missæ sunt, a Paulino Epi-
 scopo Trevirensi, S. Maximini Successore.
 Ursacius & Valens exinde Epistolis paci-
 ficis sibi a duobus Presbyteris S. Atha-
 nasii Petro, & Irenæo cum quodam
 Laico Ammonio allatis subscripserunt,
 Hist. Eccles. Tom. III. M m quam-

2. Apol.
p. 775. ad
solit. p. 826.

Sæculum IV. quamvis his Presbyteris S. Athanasius
A. C. 349. nullas Epistolas nominatim ad eos feren-
 das dedisset. (*)

(*) Unser Protestant hat den zweenen Theil seiner Uebersetzung mit des Hadrian Baillet's Handlung: Von den Geschichten der Martyrer, und Heiligen, und deren verschiedenen Sammlungen geschmücket. Wenn man diesem Vogel die fremden Federn ausreißen sollte, würde er sich mit Feigenblättern bedecken müssen. Wenn er hat auch eigene Anmerkungen angehängt, in deren einer er auf der 639. Seite mit grosser Andacht hinschreibet: Und so würde er (Baillet) gefunden haben, daß die allermeisten Befehrer, und Martyrer der so genannten Protestanten in eben der Sache gelitten um welcher willen die wahrhaftigsten, und berühmtesten Martyrer der ersten christlichen Kirche verehrungswürdig worden sind. Wie diese (die ersten Christen) sich lieber den grausamsten Martern unterwarfen, als den Götzen der Heiden opferten, oder Weihrauch streueten, so haben auch jene (die Protestantischen) deswegen alle Arten der Quaal lieber erlitten, als vor denen (nämlich den Heiligen, so man in der römischen Kirche verehret) die Knie gebeugen, die ohne Verletzung der Ehre Jesu Christi nicht angebetet werden konnten.

Diese anmuthige Betrachtung unsers Protestanten ist gut hingeschrieben für die alten Weiber von

Sæculum IV.
A. C. 349.

von seiner Kirche, denn ein vernünftiger Protestant glaubet es nicht. Was er vorgiebet, gründet sich, wie alle Beschuldigungen wider die Katholiken, auf eine Unwahrheit; nämlich, daß die Ehre, so wir den Heiligen Gottes erweisen, eine Abgötterey sey und eben so viel, als wenn wir vor den Götzen der Heiden die Knie beugeten. Das glauben kaum die allerdummeften unter den Protestanten. Die Ehre, die man den Heiligen erweist, wird Jesu Christo selbst erwiesen. Die Beschuldigung unsers Protestanten wider uns verhält sich gerad so, als wenn ich sagte, es hätte sich jemand des Lasters der beleidigten Majestät gegen den König in Preussen schuldig gemacht; Warum? Weil er, da er zur Audienz gelassen wurde, in dem Vorzimmer vor einem königlichen Minister den Hut gerückt, eine Reverenz gemachet, und ihn gebeten, die Supplication so er in willens war, dem Könige in die Hände zu geben, mit seiner Fürbitt zu unterstützen.

Endlich kömmt ein kläglicher Seufzer unsers Protestanten: Wer weiß, ob dem Worte Gottes unter dem Heidenthum so viel Schmach widerfahren, als in dem Pabsthum; wenigstens ist das, was von diesem geschehen, weit abscheulicher, als was wir von jenem lesen, und die Martyrer der Protestanten haben Gott nicht besser ehren können, als daß sie über seinem Worte gehalten, und lieber ihr Leben, als sein Wort verleugnet. Es ist gut daß er keinen solchen Martyrer nennet; und ich

Manafius
s ferer-

ten Heil
aillet Ab-
Martyr-
chiedenen
an diesem
te, würde
n. Mein
hänget, in
rosser Ab-
(Bailler)
n Befeh-
en Proce-
n welcher
ähmtesten
irche ver-
diese (die
ausamsten
Götzen der
reueten, so
) deswe-
itten, als
man in der
gebeugen
in Christi
ers Prote-
ten Weiber
von



Sæculum IV.
A. C. 349.

weiß auch keinen. Man hat in der römischen Kirche niemals gelehret, daß man die Ketzer ohne andere Umstände, und wenn sie sich ruhig halten, sollte ums Leben bringen, und Martyrer, wie sie unser Protestant nennet, daraus machen, aber das weiß ich wohl, daß Luther an dem vergossenen Blut vieler tausend Bauern Ursach zu seyn nicht ohne Grund beschuldiget werde. Henricus Octavus, nachdem er von der Lehre, und der Sanftmuth der römischen Kirche abgewichen, hat in England die Lutheraner mit Feuer und Schwerdt vertilgen lassen.



HISTO.